XXIIII*
A
6

K 7

הליכות עולם

עם מבוא הגמרא

SIVE

CLAVIS TALMVDICA.

COMPLECTENS

Formulas, loca Dialectica & Rhetorica priſcorum Judæorum.

Latinè reddita per

CONSTANTINVM L'EMPEREVR ab OPPYCK, S. T. D. & Controverſiarum Judaicarum Profeſſorem in Academia Lugdunenſi.

Cum Indicibus accuratiſſimis, & Diſſertatione, qua operis uſus, utilitaſque oſtenduntur.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex OFFICINA Elſeviriorum.
Anno cIↄ Iↄc XXXIV.
E

VA 1.
1510027

Nobiliſsimis Ampliſsimiſque Viris,

Academiæ Lugduno-Batavæ

CVRATORIBVS:

IOHANNI à MATENES,

Domino in Matenes, Opmeer &c. Equeſtris Ordinis ad Comitia Hollandiæ delegato;

NICOLAO à CROMHAVT,

Domino in Vrijhoven, Curiæ Hollandiæ & Zelandiæ Præſidi;

ÆGIDIO de GLARGES,

Domino *d'Eleſmes*, Reip. Harlem. Syndico.

VT ET IPSORVM COLLEGIS,

Ampliſſimis & Prudentiſſimis Reipublicæ Lugduno-Bat. CONSVLIBVS:

DANIELI ab ALPHEN, Ord. Holl. Quæſtori;

CLEMENTI à BAERSDORP, J.C. Academiæ Quæſtori;

HUGONI à KOEDIICK;

CORNELIO à WARMONT.

ITEM

Ampliſſimo & Conſultiſſimo ejuſdem Reip. SYNDICO,

JOHANNI à WEVELICHOVEN, J.C. D.D. Curator. à ſecretis, & Conſeſſus Juridici Conſiliario.

S. P.

Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi,

A Veritate minimè aberravit Seneca (quem Plinius *principem tum* fuiſſe dicit *eruditionis*) cum ſecundo de beneficiis libro ſcriberet, *Qui gratus futurus eſt, ſtatim dum accepit, de reddendo cogitat.* Hanc viri ſapientis ſententiam volvens animo meo, atque novam iſtam profeſſionem expendens, qua ante menſes aliquot me condecoraſtis; *ſtatim de reddendo*, uti ille loquitur, *cogitare* cœpi: ſtatim, inquam, cogitare; non verò ſtatim reddere. Idem hoc vult, ubi librum quartum his claudit verbis, *Qui feſtinat utique reddere, non habet animum grati hominis, ſed debitoris.* Attamen non nimis, quod gratitudo exigebat, diſtuli: temperamentum adhibui: eveſtigio rependendi cura animum ſubiit, quod grati animi cenſebatur; menſe nono, juſto tempore, quod conceperam in publicum jam edo, ne moram trahens, me debitorem negare videar (qui multis nominibus vobis obſtrictus ſum.) Id verò in hunc modum accipi nolim, quaſi vel æqualia hic rependam, (confeſſoriæ ſunt hæ tabellæ, non liberatoriæ;) vel tandem reddere moliar. *Sed animum præſtare gratum debeo: cæterum aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas; aliquando felicitas*

citas ejus cui debeo. Poſterius jam mihi uſu venit: veſtra felicitas impedit, quominùs à me quidpiam accedere poſſit. Chryſippo nihilo ſeciùs aſſentior dicenti, gratum hominem *velut in certamen curſus compoſitum, & carceribus incluſum, operiri debere ſuum tempus, ad quod velut dato ſigno proſiliat.* Non quidem mappam expectavi, qua olim miſſa à Prætore aut Conſule, è carceribus effundebantur; ſed ita me compoſui, ut tempus operirer, ad quod opportunitate ſcribendi data veluti ſigno, ad vos proſilirem. Quò coram omnibus quod accepiſſem agnoſcerem: ſiquidem apparet ingratum eſſe, qui ne fatetur quidem ſe accepiſſe beneficium; privata autem gratiarum actione defungi ſi velim, crimen incurrerem ejuſdem Senecæ judicio, *Ingratus eſt, qui remotis arbitris, agit gratias.* Atque una cum beneficii agnitione offero, quod impoſito in iſto beneficio operi ſubſerviat. Hæc mihi à V. N. N. & A. A. demandata fuit & jam incumbit cura, ut Judæorum erroribus veritatem Chriſtianam, veluti tenebris lucem, ſcripto opponam: hac quidem mente & conſilio, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, (2 Tim. 2. 25. 26.) *num aliquando daturus ſit eis Deus reſipiſcentiam ad agnitionem veritatis; & ſanitate mentis recepta evaſuri ſint ex diaboli laqueo:* vel ſi id ipſorum pertinacia hoc

tempore impediat, ſaltem Chriſtiani gloriam ſui Servatoris coram ipſis (quibuſcum non ſolum alibi, ſed hic etiam verſantur) clarius oſtendere, ſuaque dogmata ſolidius defendere queant, atque hoc pacto fidem magis magiſque ſtabilire; adeoque illorum ſtrophis dexterius occurrere & reſpondere: qui, ut ait Petrus 2 Ep. 3. 16. στρεβλοῦσι τὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν, *detorquent ſcripturas ad ſuum ipſorum exitium.* Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi, hoc veſtrum inſtitutum & conſilium, pietatem in Deum & zelum gloriæ Chriſti eo ardore ſpirat, ut (liceat mihi παῤῥησιάζεσθαι) dubitem, an ulla ætas ſimile exemplum ſuppeditare poſſit, an hujuſmodi factum viderit: quo Magnates, religionis Ephori & Antiſtites, publica authoritate, publica cura, publicis ſumptibus, miſerorum *Iſraëlitarum, quorum eſt adoptio, & gloria, & pacta, & legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones, quorum ſunt Patres, & ex quibus eſt Chriſtus quòd ad carnem attinet, qui eſt ſupra omnes Deus benedictus in ſecula* (Rom. 9. 4. 5) horum inquam tanta animi alacritate ſategerint. O animum verè Chriſtianum, curam ſanctam, conatum religioſum, zelum Dei: cui ipſe Zelotes procul dubio fidem ſervabit veritatis, quam Prophetæ ad Elin olim miſſi præconio aliquando promulgavit, (1 Sam. 2. 30.) *Honorantes me honorabo.* Hactenus tepuit ea in parte

reli-

religionis ſtudium: ſed multi etiam experti fuere, quod Deus ibidem ſubjungit, *Contemtores autem mei leves fient.* At quî, quave ratione ac modo Eli, qui objurgabatur, Deum contemſiſſe cenſebatur? Hoc erat crimen, quod Dei cultum remiſſius contra filios defendiſſet. Quocirca attendant ſibi, quotcunque cultum religioſum, quæque eò pertinent, curant remiſſius. An culpa vacabimus, & effugiemus judicium Dei, ſi modo religionem orthodoxam non impugnemus; vel vulgari & remiſſo animo eam foveamus? Arrigamus aures ad effatum Dei (Jer. 48. 10.) Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα κυρίου ἀμελῶς, *maledictus qui facit opus Domini negligenter.* (Ita rectè vertiſſe LXX, docent alia loca, & rei circumſtantiæ.) Similis eſt ſententia Chriſti (Apoc. 3. 16.) *Quoniam tepidus es, nec frigidus nec fervidus, futurum eſt ut te evomam ex ore meo.* Quantus in nobis ardor eſſe debeat, hinc diſcamus. Caveant ſibi, qui opibus coacervandis, vel reipublicæ ſtabiliendæ tantum operam dant; neglecta religionis cura, neglecto Dei populo electo, & Abrahami patris noſtri prole ſuſque deque habita; ut iſtius interitu non moveantur. Neque in ſacris partem unam tuendam ſuſcepiſſe abundè ſufficiet: qui jam zelus quorundam animos occupat. Modo quoſdam articulos defendere poſſint, ſe jam defunctos

putant.

putant. An hoc eſt labore defungi, præcipuum intermittere? ſecuro & otioſo animo amicos Dei (Rom. 11. 28.) in exitium ruentes contemplari? in quorum tamen gratiam ſancta illa Pauli anima ἀνάθεμα fieri non detrectabat. Quantis ergo laudibus ſolicitudo veſtra, viri N. & A. apud omnes, omnibuſque ſeculis efferenda & decantanda! Non vi & armis; ſed inſtitutione & veritatis demonſtratione populum iſtum ad ſalutis viam deducendum cenſuiſtis: neque negligentiâ & adverſariorum contemptu committendum, ut poſthabitis iſtis controverſiis imperitiores, & quandoque etiam alii, argutiorum Judæorum ſophiſmatibus exponantur. Quod fieri neceſſe eſt, quum eorum argumenta ac objectiones inopinatò objiciuntur; vel quod ad noſtra fundamenta excipiunt, nonniſi necopinantibus regeritur. Hæ ſunt ipſorum artes: libros habent, quibus rationes continentur, & difficultates nectuntur, quas Chriſtianis ſubinde oggerunt. Eſt mihi manuſcriptus codex, ubi inter alia capita unum continebat ſcrupulos, qui Chriſtianam religionem profitentibus movendi ſint. Verum ubi fortè Chriſtiano iſte codex traderetur, ne ſeſe pararent & præmeditati cum ipſis congrederentur noſtrates, caput hoc decerptum videtur. Hoc ſcio, non facilè eò perduci, ut hujuſmodi codices nobis communi-

municent. Pariter quæ in Talmude vel commentariis ſuis, aliiſque libris ad teſtimonia à nobis citata reſpondent; & quo modo loca iſta exponant, nobis occultari malunt. Memini ubi olim in ipſorum ſynagoga & privatis ædibus cum ipſis conferrem, jam tum ulteriorem in Talmudicis, ſimilibuſque libris profectum mihi invidiſſe: præceptorique meo à ſynagogæ פרנסים ſive præfectis vocato interdictum, ne in iſta opera mihi navanda pergeret; ut quem non lateret, quorſum iſta ſtudia tractarem. Etenim cum ſe Chriſtianis impares norint, necopinantes ſuis ſtrophis opprimere ſtudent. At tela præviſa minus nocent: idcircò expedire meritò judicaſtis, ut iſta omnia in apertum protrahantur, & cum antidoto omnibus exponantur. Iſtarum objectionum ea eſt conditio, quæ morbis tribuitur in iſto Euripidis,

Μέλλοντ' ἰατρὸς τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον,
Ἰάσετ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα.

Medicus dedit qui temporibus morbo moram,
Is plus remedii, quam cutis ſector dedit.

Vbi improviſè nova mentem feriunt, quandoque excandeſcimus, & ſecare cutem (ut ille loquitur) tentamus; clamoribus ea nonnunquam proferuntur, quæ minus expendimus: verum quando tempus meditationi conceditur, lenius & majori cum

fructu reſpondemus, & iſti errorum morbi χρόνῳ, *tempore*, ac mora curantur. Quocirca prudentiſſimum id fuit conſilium veſtrum, quo iſtos omnes errores cum ſuis fulcris uno intuitu veſtris ſubditis, imo & omnibus exhiberi ordinaſtis: quò hoc ſaltem obtineant, ut mora conceſſa ſeſe alicunde contra iſta figmenta muniant; & ſi Deus vitam mihi proroget & ſanitatem conſervet, mea opera, Divina favente gratia, veritatem ſtabilitam ac defenſam habeant. Hæc igitur cura mihi impoſita, eſt beneficium veſtrum, quod jam agnoſco, extollo, & gratè accipio: de quo primus ille ante laudatus, *Qui gratè beneficium accipit, primam ejus penſionem ſolvit.* Et ſi *nullum eſt beneficium, cujus commodum non & proximos tangat, nonnunquam etiam longius poſitos*; ſane id ſumma cum ratione huic quadrat: nam ad proximos, puta Chriſtianos omnes dimanat; & longius poſitos Judæos attingit. Temporis etiam opportunitas ſi ſpectetur, eſt quod magis de hac demandata provincia gaudeam. etenim cum varios tractatus, partim publici juris feciſſem, partim paratos ſaltem haberem; tum demum id mihi oneris impoſitum fuit, quod animum vacuum requirit. cum etiam alter iſte labor, cujus nec lucrum, nec laudem capto, de quo exantlato nec glorior (licet & publico proſit, nec viros multos cordatos

lateat) ad finem jam decurreret. Adeo omnia ſuis partibus in iſto veſtro beneficio abſoluta ac perfecta ſunt. Dum hæc expendo, in mentem venit iſtius proverbii, quod Divus Severus & Antoninus Imperator in quadam epiſtola proferunt: uti eſt l. 6. §. 3. ff. de off. Proconſulis: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων; *nec omnia, nec ſemper, nec ab omnibus*. Quamvis aliò ſpectent in ſua epiſtola; id nihilominus hoc proverbio docemur, in donis ac beneficiis, tria delectu habito eſſe conſideranda, quid tradatur; quando; & quo auctore. Omnia hæc ſi fuerint ſelecta, beneficium maximè commendant. Quemadmodum in Judaicarum controverſiarum profeſſione: ubi ejus præſtantia ac utilitas jam liquet; quam etiam opportuno tempore accepi; denique ab iis, qui in faſtigio gloriæ conſtituti, & poteſtate quam à Deo obtinent muniti, vel eo nomine hoc ſuum inſtitutum commendant, quod eò veritatis propagandæ intuitu & Chriſtiani nominis divulgandi deſiderio, & ſalutis promovendæ amore permoti fuerint. Hanc vos, viri N. & A jam vultis grati animi teſſeram, ut pro virili parte impoſitum munus exequar; quandoquidem nihil etiam deeſt quod implendo muneri inſerviat. Quia præter ſtipendium, omnia etiam ſive manuſcripta, ſive excuſa monumenta publico ſumptu ſuppeditantur.

Eapropter præſentem hunc codicem oblatum procedo. Enimverò in omnibus, quæ ſcripto aut voce traduntur, uſu venit, ut præcognita ferè præmittantur: quibus ea prius delibari ſolent, quorum uſus in poſterioribus ac ſequentibus animadvertitur. Alioqui iſta ad nauſeam uſque identidem repetenda forent; adeoque tædium lectoribus crearent, & à lectione abſterrerent: vel iſtis prætermiſſis, ſequentia minus intelligerentur. Inter iſta meritò mihi collocare videor clavim Talmudicam, ſive hunc quem exhibeo librum. idque variis de cauſis, quas longo ordine, ſive antiquitatem Talmudicam; ſive arguendi modos ſpectes; recenſere poſſem. Sed paucis contentus ero; illaſque brevibus attigiſſe ſufficiet: quandoquidem in diſcurſu ad lectorem plenius exhibebuntur. Quemadmodum in controverſiis Chriſtianorum de dogmatibus fidei, non ſatis prudenter agunt, qui patres, imprimis antiquiſſimos, ſuſque deque habent; inſcitiam etiam produnt, qui eoſdem contemnunt; rectè verò in diſputando progrediuntur, qui reverendorum patrum authoritatem accerſunt: ſimiliter in diſputationibus cum Judæorum gente ſuſcipiendis, ii demum rectum tramitem ingrediuntur, quorum diligentia ad antiquiſſima illorum dicta & judicia progreditur. Hæc autem Talmudicis ſcri-

ptis

ptis continentur: quæ majoris penes Judæos ſunt autoritatis, quam patrum ſcripta ullorum Chriſtianorum judicio. Quo fit, ut ſi quis ritè iſtis Talmudicis utatur, & inde teſtimonia ex Judæorum mente proferat; apud ipſos fidem mereatur, adeoque veritati iſto pacto confirmatæ aſſentiantur. Verumenimvero non eſt uniuſcujuſque, uti decet, antiquorum ſententias ex iſtis voluminibus in medium producere, quò τὸ κρινόμενον ſtabilias. Ibi ſæpe videre eſt magiſtros diſſentientes: ideoque ſi quid probare velis, perſpectum habeas oportet, quis cui præferatur. Exempli gratia, in Rabo & Samuele conſulenda regula, quæ ad hunc modum hic concipitur p. 206. *Ubicunque in diverſas partes abeunt Rabus & Samuel, ſecundum Rabum in interdictis ceremonialibus; ſecundum Samuelem in forenſibus ſtatuitur; exceptis tribus, quæ ad interdictum pertinent, & ſecundum Samuelem ſtatuuntur.* Hujus generis canones in hocce HalichothOlam ſunt quamplurimi, quibus Doctorum authoritas expenditur: hos ſi in diſputando ignoremus, fruſtra ſumus. Vel hoc uno, hujus codicis utilitas, imo neceſſitas palam fit: ſcilicet, antiqua iſta & authentica ipſis ſcripta in ſacris diſputationibus, nonniſi hujus libri beneficio, adhiberi, fructumque uberrimum præbere queunt. At ſi Talmudis conditio nobis cognita fuerit, & qua

via iſtic incedendum ſit; mirum, quantus argumentorum, eorumque ſtabiliendorum campus operiatur. Vbi de locis Scripturæ quæſtio eſt, an ad Meſſiam pertineant; ſæpe cum Chriſtianis faciunt Judæorum antiquiſſimi: quorum mentem & judicium iſta volumina exprimunt. Quid de enarratione dubiorum dicam? etiam hic à partibus noſtris ſtant antiqui ac priſci Doctores: quorum ſententiam poſteriores ac neoterici rejiciunt, ut Chriſtianis in probando difficultatem creent. Iiſdem illis ſcriptis varia de Meſſiæ paſſione, & ceremoniarum abrogatione, aliiſque continentur, quibus Judæorum errores jugulantur. Quapropter inter prolegomena ſequentium diſputationum, meritò hunc librum Halichot Olam ſive Clavem Talmudicam reputare mihi videor: quandoquidem iſtic via oſtenditur, & porta panditur ad illa antiquorum ſcrinia, ubi dicti theſauri aſſervantur. Quid ſi tantum errores Talmudicis voluminibus inſerti, eorumque intricatiſſimis diſputationibus involuti, tricæque in pervertenda Scriptura ibidem inſperſæ, hujus libri interventu in apertum faciliùs protraherentur (utpote qui totam illorum rationem, modum ac viam explicet;) ſatis ſuperque de ipſius uſu ac utilitate conſtaret. Et ſane ita ſe res habet: ibi multi errores latent, quorum, ſi apertè

Judæis

Judæis opponerentur, ipſos puderet; ſed veris diſſertationibus, veluti πιθανῷ περιβλήματι (ut Irenæi verbis utar) palliantur, & magno iſto conflictantium & diſputantium molimine & apparatu, ſcilicet διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας, oculos imperitiorum perſtringunt. Adeo ut in iſtos errores optime mihi quadrare videatur, quod ſanctus ille & venerandus Epiſcopus l. 1. adverſus Valentinum, non procul ab initio, his verbis annotavit, Ἡ πλάνη καθ' αὑτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος· πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμηθεῖσα, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις, *Error per ſe quidem non oſtenditur, ne nudatus deprehendatur: ſed ut veriſimili amictu callidè ornatus, ipſa etiam veritate ſe veriorem præbere externa ſpecie videatur imperitioribus.* Iſtiuſmodi in Talmude is tantum deprehendet, qui præcognitis in hoc codice oſtenſis munitus ac inſtructus, in iſto mari dextrè navigare didicerit. Si verò ipſam de veritate, ſive fide noſtrâ, diſputandi rationem ſpectemus, ea ſic inſtituta ſit oportet, ne modi & viæ, quam inſiſtunt Judæi, expers inveniatur. An argumentis pugnabimus, antequam de argumentandi modis conſtet; vel etiam inter nos conveniat? Atqui diverſa via ipſi incedunt: alios etiam locos dialecticos habent, quam nos hactenus agnovimus; licet in multis nobiſcum conveniant.

Hi

Hi omnes loci in hoc ſcripto diſtinctè proponuntur & explicantur: quinetiam loci rhetorici plenè exhibentur. (Hujus ordinis fere ſunt, quæcunque poſteriori codicis hujus parte pertractantur.) Quo fit, ut quæcunque in hoc genere expeti queant, affatim congeſta habeamus. Hæc ſcire diſputantis intereſt. qui alterius ſententiam evertere conatur, noverit oportet, quibus alter nitatur fundamentis, ut ea debellet. qui alteri reſpondere allaborat, quandiu ipſius ignorat hypotheſes, nihil efficiet: quoniam iſtæ impetendæ ſunt;quibus ſibi pulchrè adhærere videtur, donec iis ſatisfactum ſit. Quis negabit, antequam cum ἀντιδιατιθεμένοις congrediamur, argumentorum claſſes prius examinandas: ne ubi longè progreſſi fuerimus, tum demum de principiis controverſemur? Hinc jam liquere poteſt, meritò hoc ſcriptum inter ea cenſendum,quæ tanquam παρασκευαστικὰ ad ulteriorem diſputationem præmittenda ſunt. Quocirca ad rem ipſam perrecturus, hoc prius expedire volui, quo via planior, & ab omnibus remoris liberior reddatur: ne inter diſputandum iis immorari neceſſe ſit, quæ ſemel expoſita moram iſtam facilè pellunt. Vobis porrò, viri N. & A. hoc operis initium conſecrandum cenſui; nec ab iis initio diſcedendum, qui operis principium & origo fuiſſent. Vlteriori decurſu

rivi ac flumina fontes ſuos deſerunt, & paulatim longius recedunt: attamen initio nunquam ab origine ſua diſtant. Primis ergo autoribus adhæreo: quippe quibus non tantum initium; ſed ipſe etiam operis colophon debeatur: nam totum totius autoribus aſcribendum. Porrò ſicuti parens ſuum fœtum amare & ambabus ulnis amplecti ſolet; pariter quod vobis autoribus conſcriptum (vobiſque inſcriptum) eſt, non minori affectu acceptum iri confido, quam ardore & ſtudio demandantium imperio parendi exaratum fuit. Cum alioqui etiam, quotquot publico ſcriptis prodeſſe allaborant, iis veſtrum favorem non denegetis, ne res literaria ullam remoram patiatur; ſed frequentes ejus curam ſuſcipiant, ubi tanti heroes patrocinium. Hinc fiduciam concipio, quanto penitius propria, quam aliena animo noſtro inhærent; reliquis futurum gratius, quod veſtra authoritate ſuſceptum ſumtibuſque promotum, juris veſtri feciſtis, & veluti *injecta manu proprium vindicaſtis*. Huc accedit operis difficultas ac labor: hactenus enim adeo quæ hic tractantur ardua atque abſtruſa omnes cenſuerunt, ut libros quibus hæc omnia ordine traderentur intactos reliquerint. Qui recta ſerie omnia pertractaverit & abſolverit, nondum viſus mihi fuit. Ideoque improbo labore, & tædioſa moleſtia quic-

quid abſtruſum eſſet, è tenebris eruendum erat. Lubens fateor tanti ſtetiſſe mihi hoc opus, ob tædium quod ipſo conficiendo devorandum erat; ut ſubinde, cum ad finem decurreret, recordarer nuncii iſtius: qui in Ariſtophanis comœdia, dicta ὄρνιθες, Piſthetero interroganti quis δούρειον ἵππον, (forte *equum Trojanum*,) conſtruxiſſet, inter alia reſpondebat, οὐκ Αἰγύπτιος πλινθοφόρος, *non Ægyptius lateriger*. Ægyptiorum, uti ibidem ſcholiaſtes, ἴδιον τὸ ἀχθοφορεῖν, *proprium erat onera* & lateres *bajulare:* quo factum ut ipſorum labor graviſſimus cenſeretur. Verum ſi exantlatas moleſtias ritè expendam, jure mihi dicere videor, οὐκ Αἰγύπτιος πλινθοφόρος: quia corporis laſſitudo alteri cedere debet. Atque hoc mihi animum addit, ut de V. N. N. & A. A. id omninò ſentiam: quemadmodum proverbio fertur, χαλεπὰ τὰ καλὰ, *difficilia eſſe quæ pulchra ſunt*; ſic placitura magis, quæ nonniſi aſſiduis lucubrationibus & moleſtiâ fuere perfecta: utpote quæ pulchriora eſſe ſoleant. Ita addetur calcar, quò ad ſimilia & ab aliis minus tentata pergam: cui etiam aliàs Arabicum illud ſemper placuit لَا تَرْكَبْ فَرَسًا غَيْرَكَ, *ne equites equum alienum*; quum in eam fermè ſententiam accipitur, qua ſanctus Paulus ad Romanos ſcopum ſuum olim exprimebat, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ, *ne ſuper alienum*

funda-

fundamentum ædificem. Iſta quidem conſtantiorem aſſiduitatem efflagitant; ſed eandem non eſt quod detrectem tantos patronos nactus, qui ſuæ beneficentiæ indicio ac teſtimonio ad ardua quævis proliciunt. Quare eadem animi alacritate pergo: & Deum patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti veneror, ut porrò conſilia veſtra ſecundet, & proſperet

N. N. & A. A. veſtras: quarum permanere geſtio cliens humillimus.

Lugd. Bat. 6. Id. Aug. ann. partæ ſalutis 1634.

C. L'EMPEREVR ab OPPYCK.

DISSERTATIO
AD LECTOREM.

Benevole Lector,

Qvamplurimi reperiuntur, quorum animum, ubi in digniſſimum quò collimet ſcopum intentus eſt, earum ſollicitudo cauſarum tenet, quæ neceſſariæ ſunt, ſi voti compotes reddi velint. Verum enim neceſſitas quædam datur, alibi quam in proximis cauſis ſpectanda: cujus Ariſtoteles meminit l.1.de part.anim.cum iſto tantum nomine quid neceſſarium cenſetur, ὅτι οὐχ οἷόν τι ἄνευ ταύτης εἶναι, quia fieri non poteſt, ut res ſine eo ſit. *Atque de eo convenienter ſubjicit,* τοῦτο δ' ἐστὶν ὥσπερ ἐξ ὑποθέσεως, hoc autem eſt quaſi ex ſuppoſitione: *quia antequam cauſa effectum producat, & ſi operari velit, illud* ἀναγκαῖον *ibi ſtatuatur oportet. Id Philoſophus ibidem duobus exemplis illuſtrat, & aliis multis amplius oſtendi poſſet. Nam paſſim apparet: ſive in naturalibus; ſive in moralibus ea ritè expendamus, ſine quibus effectum non dari animadvertimus. In eruenda ſacrorum ſcriptorum mente, minimè pauci occupantur: & qui* acetum habent in pectore *(ut Plautino iſto uti liceat) quò illuc pertingant, antiquitate Iudaica, gentiſque Iudaicæ (in qua olim floruit eccleſia) expoſitionibus ſibi opus eſſe arbitrantur. Ideoque à viris linguæ Ebrææ ac Rabbinicæ peritis inde obſervata conſulunt & ſtudioſè conquirunt. Hoc pacto ſibi de iis proſpiciunt, unde quod quærunt dimanare queat. Sed enim* ἐξ ὑποθέσεως, *per iſta etiam Ebraica, ſacræ Scri-*

pturæ

ptura cognitionem nobis comparandam, (quia ſaltem magno uſui hac in parte eſſe queunt,) ejuſmodi ἀναγκαῖον, cujus apud Philoſophum mentio, (uti obſervatum fuit) negligendum non eſt: puta ſine quo fieri nequit, ut quis dextrè in omnibus, antiqua & recentia Iudæorum ſcripta, in ſacrorum ſcriptorum mente inveſtiganda, adhibeat; quoque rectè demum diſponimur & tanquam prævia diſpoſitione idonei reddimur, ut operi iſti nos accingamus. Huc non tantum linguarum iſtarum cognitionem; ſed etiam formularum Talmudicarum, terminorum Logicorum & Rhetoricorum peritiam refero: ſine his enim non ſufficiunt linguæ. Novi eos qui Ebraicè loquebantur, & terſè ac eleganter; iſtarum nihilo ſecius formularum ignaros. Quæ adeo ſunt neceſſaria, ut ſæpiſſime earum imperitus, in commentariis (ubi ſæpe ſtilus Talmudicus) hæreas; in Talmude verò tantum non ſemper ceſpites. In Rabbinorum ſcriptis aliquoties occurrit, rem probari per בנין אב, ædificium patris. *quis Oedipus hic, quid ſibi velint, intelliget; niſi antea obſervationibus hiſce imbutus fuerit, quæ hoc libro Halichoth Olam, ordine traduntur. Ubi* p. 151. & ſeq. *locus iſte Dialecticus exponitur: nimirum Scripturam uno loco conciſè quidpiam proponere, unde in ſimilibus ſimiliter concludimus. Quemadmodum Levit.* 15. 4. *pronuntiat Legiſlator,* Omne cubile cui incubuerit gonorrhæa affectus, immundum eſto. *hinc iſti eliciunt per* ædificium patris *ſive* conſtitutionem principii *(ut mentem eorum apertius exprimam,) interulæ & pallii eandem eſſe rationem; quia ad cubile referuntur. ut conſtituto principio in prima illa lege; alia ſimilia promanent: ſiquidem interulæ & pallio incumbere inſuetum non eſt. Ita vi legis Levit.* 18. 16. Nuditatem fratriæ tuæ ne retegito, *de ſorore uxoris idem eſſe judicium concludunt. Licet nonnulli alio argumento id conſequi affirment, quod* מה מצינו, quemadmodum invenimus *nuncupant, formulâ etiam obſcurâ, adeoque eodem hoc libro expoſitâ. Si phraſes Talmudicis proprias ſpectemus,*

 innu-

innumeræ fermè ſeſe legentibus offerunt ; & earum minus peritum remorantur, ut cùm fructu pergere nequeat. Legat quis medio orationis curſu , גופא *,* corpus ; *quomodo ipſi quid denotetur ſubolebit ? Iſta vox, fateor, ſæpe notiſſimæ eſt ſignificationis: ut ſi dicam* גופיה, corpus ejus *pro* ipſe ille, *aliave ſimilia. Verum hic eum caſum conſidero , quum in oratione poſita ſermonis redintegrationem deſignat. Hæc ſingula ordine recenſere, longum foret: ea delibaſſe ſufficiet, ut hujus libri uſum inſignem aliqua ratione pervideamus. Quid excipere in proclivi ſit, non ignoro: Iudæorum ſcripta ſine ullo eruditionis diſpendio negligi ; ideoque nihil impedire, quominus ea omnia contemtim rejiciamus, quæ ad iſta manuducunt. Inficias non eo, quin etiam iis prætermiſſis, quantum nobis ad ſalutem ſcitu eſt neceſſarium, ſatis ſuperque in Scriptura S. deprehendere valeamus. At hoccine pio pectori ſufficit? an in eo acquieſcet,* cujus oblectatio eſt in lege Dei, & qui de lege ejus meditatur interdiu & noctu (Pſ. 1. 2.) ita diligens legem Dei, ut toto die ſit meditatio ipſius? *(*Pſ. 119. 103.) *Cujus præcordiis hujuſmodi inſidet animus , nunquam deſinet, donec ea quibus tantopere inhæret , adeoque delectatur , penitus percipiat ; nunquam ſaltem viam ac rationem ullam negliget, quâ facem quandam ſibi accendi animadvertet: nedum ut hæc adminicula tam præclara & dilucida ſuperciliosè deſpiciat. Vnde hæc, dices, apparent ? Omnia volumina perreptare , variaque ac multiplicia documenta depromere, ut multitudine exemplorum ſententiam meam ſtabilirem, id vero eſſet , lector , tua abuti patientia : attamen nonnulla in medium proferam, è quibus , tanquam* ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα, ex unguibus leonem , *(ſecundum proverbium,) æſtimes cætera. Novi Teſtamenti Scriptores multa Veteris teſtimonia ad Chriſtum derivant : atque in eo ductum S. Sancti (quo praeunte ab errore immunes ſunt) ubique ſequuntur. Euangelii hoſtes tamen ipſorum factum paſſim ſugillare non deſinunt. Hic obſervandum, multis V. T. locis uſos* ſanctos Dei homines,

cum

cum de Chriſto, ejuſque doctrina agerent; quia loca iſta eò pertinere, puta ad Meſſiam eſſe referenda, apud auditores in confeſſo erat: licet ex ipſo contextu non ſemper manifeſtè id evinci poſſet. Cum vulgò nihilominus, ut revera eò ſpectantia, in iſtum ſenſum reciperentur; meritò ad confirmationem rei probandæ adhibebantur. Quando igitur poſt tot ſecula iſta in dubium vocantur, illa archiva conſulenda, quorum authoritatem defugere non audent, quibuſcum nobis res eſt. Quamvis enim è Chriſti reſurrectione, miraculis ipſius & Apoſtolorum, doctrinæ ſanctitate, & miranda efficacia, aliiſque ſimilibus documentis, quod intendimus in locis iſtis applicandis, affatim probari poſſit; nec non ex ipſis V. T. paragraphis, qui id ipſum ſuis circumſtantiis non rarò oſtendunt: attamen ad refellendos Evangelii hoſtes oraque ipſis obthuranda, mirum, quantas vires habeat veterum Iudæorum authoritas, quibus tantopere gloriantur. Ecce citatur ad Chriſti Deitatem demonſtrandam Pſalmus ſecundus; uti ex authore ad Ebræos liquet. Convenienter citari dubitas? Salomon Iarchi, qui veterum ſententiis lubens adhæret, niſi Chriſtianis patrocinentur, quamvis myſticè, ipſos tamen expoſuiſſe hunc Pſalmum de Meſſia, his verbis agnoſcit, רבותינו דרשו את הענין על מלך המשיח, Doctores noſtri myſticè expoſuerunt hanc rem de rege Meſſia. *De Meſſia conſcriptum fuiſſe pſalmum, diu exiſtimarunt Iudæi: quod vetuſta quoque iſta commentaria, quæ* רבות, rabboth, *dicuntur, ſatis oſtendunt. Iſtic ad ſectionem* Gen. 44. *annotatum fuit an. circiter* 300. *à nato Chriſto: obſervaſſe Doctorem Ionathanem, de tribus dictum fuiſſe,* pete; *Salomone, Achazo, & rege Meſſia. Atque eodem loco author, Ionathanem poſtremum è* Pſal. 2. *ita oſtendiſſe, refert:* מלך המשיח דכתיב שאל ממני ואתנה גוים נחלתך, in rege Meſſia, *ſcilicet id probatur*, quia de ipſo ſcriptum exſtat (Pſal. 2.8.) Pete à me & dabo gentes in hæreditatem tuam. *Nonne planè hunc Pſalmum 2. de Meſſia accepit, & quidem propriè? ſicuti ex aliis duobus magis conſtat,*

quibus

quibus teſtimonia propriè accepta ſerie eâdem accommodat. Aſcendamus ad ipſum Talmud. Codice סוכה *ſive de* feſto tabernaculorum, *fol. 52. pag. 1. circa medium adeò manifeſtè Chriſtianorum ſententia proponitur, ut exceptioni locus non detur. Duos Iudæi Meſſias fingunt, unum* παθητὸν, *filium Ioſephi, ſive è patriarcha Ioſepho oriundum; alterum filium ſive è proſapia Davidis. idque hac de cauſa, quod mortem aliaq; unà cum regni & imperii gloria, in unum eundemque non quadrare cenſeant. Iam verò de filio Davidis (quem nos veniſſe credimus) & (quod obſervandum, ut veniſſe conſtet) de ipſo brevi affuturo Pſalmum 2. enarraſſe veteres, locus iſte Talmudicus teſtatur. Verba hæc ſunt, quæ notanda.* ת״ר משיח בן דוד שעתיד להגלות במהרה בימינו אומר לו הב״ה שאל ממני דבר ואתן לך שנאמר אספרה אל חק יי' אמר אלי בני אתה אני היום ילידתיך שאל ממני ואתנה גוים נחלתך, Tradunt *ſive* legunt Magiſtri, Meſſiæ filio Davidis, qui revelandus eſt brevi, diebus noſtris; huic dicit Sanctus laudandus, Pete à me aliquid, & dabo tibi: quia dictum eſt (Pſal. 2. 7. 8.) Decretum enarraturus ſum; Dominus dixit mihi, filius meus es, ego hodie genui te: Pete à me, & dabo gentes in hæreditatem tuam. *Vides lector, antiquos iſtos Rabbinos, non minus verba iſta ad Meſſiam referre; quam ipſe Paulus in Epiſt. ad Ebr.* c. 1. v. 5. & c. 5. v. 5. *iſta verba Chriſtum Meſſiam reſpexiſſe arbitratur. Antequam hoc teſtimonium relinquamus, id Baraitam fuiſſe obſervemus, quæſo: ſiquidem inde noſtræ ſententiæ robur accedit. Sub finem p. 39. hujus l. Halichoth, hanc obſervationem habes,* Vbi occurrit, *Legunt magiſtri*, ſignificatur Baraita: *unde Baraitam eſſe novimus. Atqui cum Baraita in controverſiam non vocatur, pro rata habetur: ut videre eſt p. 224. ſub initium. Plura quidem in hanc ſententiam ex aliorum Rabbinorum ſcriptis producere poſſem; ſed uno R. Ioſepho Iabetz contentus ero: qui alteram de Davide expoſitionem, ut uni Davidi Pſalmus aptetur, ex profeſſo refellit; atq; antiquorum approbat judicium, licet triplicem ſenſum*

conjun-

conjungat. In rejiciendis recentioribus Iudæorum interpretibus prolixus eſt: tantum nonnulla excerpam, in quibus ipſius mentem dilucidè hac in parte videamus. הרבה השתדלו המפרשים לפרש זה
המזמור על דוד בתחלת מלכותו שכתוב שם וישמעו פלשתים וגו' אבל אי אפשר לפרש
כל המזמור על השלמות לפי זה הדרך כי למה יקראו סרני פלשתים מלכי ארץ ורוזנים
ואינם כי אם ממלכה שפלה וכן ננתקה את מוסרותימו כי עדין לא היו עליהם מוסרות
כי אחר כך נתנם ית' ביד דוד וכן שאל ממני וגו' והרי לא נתנם כולם ביד דוד כי לשון
ואחוזתך אפסי ארץ יורה כי יכבוש כל העולם, Multum occupati fuere interpretes, ut hunc Pſalmum de Davide exponerent, quum regnare inciperet: etenim ſcriptum eſt (2 Sam. 5 17.) Audiverant autem Peliſtæi, &c. Sed non eſt poſſibile, ut totum Pſalmum perfectè hac via exponamus. Nam quare ſatrapæ Peliſtæorum vocarentur (ỳ. 2.) *reges terræ & principes*; cum nonniſi humile regnum conſtituerent? Idem ſibi vult (v. 3.) *Diſrumpamus lora iſtorum:* quia nondum ipſis incumbebant lora; nam poſtea demum ipſos D. Laudandus in manum Davidis tradidit. Similiter (v. 8.) *Pete à me &c.* ecce enim ipſos omnes non tradidit in manum Davidis; quum phraſis (v. 8.) *& poſſeſſionem tuam fines terræ*, oſtendat ſubjugaturum univerſum mundum. *Talia multa ex iſto autorum genere obſervavi, quæ huc non congeram, ne modum excedam in hac diſſertatione obſervandum: unum hoc exemplum, quid ex illis ſcriptis in Scriptura Chriſto applicanda ſperandum ſit, oculis noſtris ſubjicit. Plurima etiam moveri ſolent dubia in ſacris literis: quæ ex antiquiſſimis Iſraëlitarum codicibus feliciſſimè expediuntur. Hoc liberè dico: tametſi alioqui Rabbini in Chronologicis exiguam merentur laudem; nihilominus omnes pene difficultates in Chronologia Veteris teſtamenti (ſi excipias quæ ad finem Chaldaici imperii & Perſicam monarchiam pertinent) vel tollere; vel viam ſaltem indicare, qua Scripturæ dubiis occurramus. Ampliſſimus hic mihi ſeſe campus pandit: ſingula non attingam; unum tantum, & quia id commodùm ſuccurrit,*

licet minutum fortaſſis videatur, hoc depromere non verebor: ſcilicet quod in Ezech. c.33. v.21. examinando ſcrupulum movebat. Deus Ezechieli c. 24. v. 26. nuncium de vaſtata urbe venturum dixerat eodem die, quo cladem iſtam paſſa eſſet, id eſt, quam breviſſimo intercedente ſpatio: cui non conſentit, ſi nude verba ſpectes, Propheta c. 33. v. 21. quum nuncium ad ſe veniſſe narrat anni 12. menſe 10. idque die quinto. Etenim vaſtata & combuſta fuerat civitas an. 11. menſ. 5. die 7. (2 Reg. 25.2 cum 8.) ubi intervallum eſt intergri anni & fermè menſium 5. Hoccine eſt eodem tempore & ſtatim cladem nunciare? Interpretes, etiam Hieronymus, contradictionem hanc apparentem præterire conſuevere. Reſponſum ſuppeditare videtur, codicis Talmudici Roſch Haſſchana *c. 1. par. 1.* באח' בניסן ראש השנה למלכים, In primum diem Niſan incidit initium anni pro regibus: *quod Talmudici in Gemara pluribus confirmant: & hoc ſibi volunt, annos cum ad Iſraëlitarum reges referuntur, principium ſuum in Niſan habuiſſe, etſi reges poſt iſtum menſem demum regnare inciperent. Ex hac hypotheſi, numerus menſium in an. 2 Reg. 25. à Niſan inchoandus eſt: ut menſis quintus, ſit quintus à menſe Paſchali. Iam Ezechiel inde à deportatione ſua menſes computat c. 33. v. 21. quæ in Ciſleum (Novembri ex parte reſpondentem) incidiſſe cenſetur: ita ut decimus ille menſis Ezechielis ſit à Niſan ſextus. Hoc pacto dies ſeptimus menſis 5. in anno Zedekiæ regis; & dies quintus menſis 10. in anno Ezechielis, nondum uno intergro menſe diſtant: quod ſpatium ſatis contractum ad iter in Babyloniam in motibus & turbis bellicis requirebatur. At dices nondum ſatisfactum, quia Ezechiel anni duodecimi meminit. Imo quod de regiorum annorum initiis annotatum, reſponſum continet. Anno undecimo à primo Niſan Zedekiæ, urbs diruebatur: præceſſerat primum Niſan deportatio Iechoniæ. Hac præcedens tempus anno alicui aſſignandum erat, puta Iechoniæ regis: ſub quo clades obvenerat; & quo abducto motus (ut tali caſu fieri ſolet)*

regem

regem ſequentem in ſolium ante Niſan proximum aſcendere non permiſerunt. Hinc quia ſecundum Talmudicorum ſententiam, יום אחר בשנה חשוב שנה, dies unus in anno *(hujuſmodi in computo)* cenſetur annus; *Ezechiel Iechoniæ tempora conſiderans, annum unum anno Zedekiæ primo præmittit : ut Ezechielis duodecimus ſit Zedekiæ undecimus ; ſervato tamen menſium iſto calculo, quo à deportatione ipſos ſibi numerari diſertè ſcribit. Hoc tantum ad illuſtrandum iſtum Iudæorum canonem, ut ipſius uſus declaretur: cum alioqui conſtet in Iudæorum annis in V. T. diſponendis ipſius utilitatem eſſe magnam. Si ad religionis dogmata progredi libeat, quam præclara apud veteres invenimus teſtimonia! Si paſſionem Meſſiæ probatam velimus, veterum ſententiam in refutatione Abrabanielis ad Eſ. 53 pluribus oſtendi: multa addi poſſunt. Talmudiſtæ hoc in dogmate nobis non deſunt. In Sanedrin Babyl. edit. Ven. f. 98. p. 1. (ubi de Meſſia Davidis fil. ſermonem eſſe docent, quæ ſub finem pag. leguntur) hæc exſtant,* משיח יתיב בתי עניו סובלי חלאים וכולן שרו ואסירי בחד וזמנא איהו שרי חד ואתיר חד· Meſſias ſedet inter miſeros, qui ægritudines *(ſive* plagas) ſuſtinent. Hi omnes ſolvunt & obligant *ſimul* uno tempore; ille autem ſolvit unam, uniuſque ſaniem exprimit. *Quæ in hanc ſententiam enarrat S. Iarchi:* כולהו מי שיש לו חמש וארבע נגעים אסרי להו ושרו בהדא וזמנא מתירין כל נגיעתן ביחד ומקנחין אותן וחוזרין וקושרין אותן ואיהו משיח שרי חד נגע ומקנחו וקושרו ואחכ מתיר האחד ועושה כן ואינו מתיר שנים נגעק יחד דסבר אי בעי ליה לצאת וליגאל את ישראל לא איתעכב כדי קשירת שנים נגעים, Illorum ſinguli, qui quinque, quatuorve plagis affecti ſunt *(plagas ſive ulcera lepræ intelligunt, eò referentes caput 53. Eſa. v. 4.)* ipſas obligant & ſolvunt uno tempore, ſive denudant omnes plagas ſuas ſimul, eaſque abſtergunt, atque denuò alligant eaſdem: at ille Meſſias diſſolvit unius plagæ faſcias, eamque abſtergit, deinde obligat; poſtea aliam ſolvit, facitque ſimiliter; neque ſolvit duas plagas ſimul; quia conſiderat, ſi opus ipſi eſſet progredi & redimere Iſraëlem,

non retardatum iri, interea dum obligaret duas plagas, *ſive ulcera. Hic in tenebris ignem micare & ſcintillare; id eſt, ſub involucro errorum veritatem contineri videmus. Meſſiam* παθητὸν *hic diſerte profitentur, & quidem è c.* 53. *Eſa. uti contra Abrab. demonſtravi. Hoc dogma duplici errore involvunt: Meſſiam paſſum antequam mundo exhiberetur, idque in iſto Edenis latere quod Romæ ſive Occidenti objacet. Hanc enim Talmudicorum fuiſſe mentem, cum* אפיתחא דרומי, ad portam Romæ *ſedere dicerent, veteres Iudæi obſervarunt. Alter error in paſſionis genere conſiſtit, quod lepram ipſi aſcribant. Quæcunque illa ſint, quæ veritati aſſuunt, paſſionem producto loco agnoſcunt. Similiter paſſurum fuiſſe Meſſiam fatentur Cod.* Succa f. 52. p. 1. *ſub initium, quum de planctu è Zach. diſſerunt.* הספידא מאי עבידתיה פליגי בה רבי דוסא ורבנן חד אמר על משיח בן יוסף שנהרג וחד אמר על יצר הרע שנהרג בשלמא למאן דאמר על משיח בן יוסף שנהרג היינו דכתיב והביטו אליו את אשר דקרו׃
Planctus illius quæ eſt conditio? In eo diſſentiunt Doctor Doſa, & Doctores veteres: hæc ſententia illum de Meſſia Joſephi filio accipit, quod occiſus eſſet; altera verò de peccato originali, quum abolitum eſſet, *(ſcilicet, ex recordatione miſeriæ, cui ante Meſſiæ adventum obnoxii, cum iſto hoſte conflictati erant; & negligentiæ ſuæ, quod peccato non reſtitiſſent, uti exponitur ibidem:)* ſuffragatur ipſi, qui de Meſſia Joſephi filio, cum occiſus eſſet, illum intelligit; quod ſcriptum extat *(Zach.* 12. 10.*)* Reſpicientque ad illum *(potius* me) quem transfixerint. *Quis hoc loco non videt Chriſtum, id eſt, Meſſiam transfixum? Verum orthodoxa ſententia errori involvitur: ne Meſſiæ exaltando mortem ab hoſtibus illatam tribuant, fingunt Meſſiam, ſive Chriſtum è Patriarcha Ioſepho oriundum. Quamvis à veritate abire conati, in eam quoq; inciderint: nempe cum Meſſiam occidendum Ioſephi filium cenſuerunt; qui talis exiſtimatus (Luc.* 3. 23.*) vel etiam Ioſephi filius legalis revera fuit: non ex ipſo genitus, ſed ſecundum matrimonii leges ipſi aſcriptus.*

Neque

Neque hoc prætereundum, ubi peccatum originale agnoſcunt; idque Meſſiæ adventu abolendum aſſerunt. Convenienter Ioſepho Iabetz, qui ad Pſ. 2. ita loquitur, כתיב ואת רוחי אתן בקירבכם וכתיב ואת רוח הטומאה אעביר מן הארץ והנה יהיה כל זה על ידי בן בנו של דוד משיח ה׳, *Scriptum (Ezech. 36. 27.)* Spiritum meum ponam in medio veſtri, *&c. iterumque (Zach. 13. 2)* Spiritum impuritatis amoturus ſum è terra. Ecce totum hoc fiet opera nepotis *(id eſt, alicujus è poſteris)* Davidis, ſcil. Meſſiæ ſive Chriſti Domini. *Ad impoſturam etiam attendamus. Iudæi, ut ex ipſorum commentariis apparet, ſeſe ex illo Zach. loco extricare nequeunt: quandoquidem verus ille Deus Iehova dictus de ſeſe loquitur,* reſpicient ad me quem transfixerint. *Hinc enim habemus aliquem qui Deus ſit; & transfixus, ſive creatura quæ ſola transfigi poteſt. ibi eſt* Θεάνθρωπος, Deus & homo *in eadem perſona. Eapropter, non quidem in textu ſacro; ſed in iſto teſtimonio citando mutarunt* אלי ad me *in* אליו ad illum: *ne Deus transfixus dicatur, adeoque Meſſiæ divinitas hinc probetur; de qua nonnulla ex Ebræorum monumentis dixi in notis meis ad Danielem. Progrediamur ad Ceremoniarum abolitionem: à qua tantopere jam abhorrent Iudæi. atque hoc etiam in dogmate Talmudis uſum conſideremus. Vulgò antiquum dictum ſententiæ noſtræ de abrogatione accommodum proferri ſolet: quare ubi id adverſariis in authentico aliquo codice oſtendi queat, ſpectemus. occurrit etiam, ut alia Talmudis loca prætercam, in* Aboda Zara, *ſive de Idololatria* f. 9. p. 1. *circa medium,* תנא רבי אליהו ששת אלפים שנה הוי העולם שני אלפים תוהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח ובעונותינו שרבו יצאו מהן מה שיצאו מהן, Sectatores Eliæ ita tradiderunt, Mundus ſubſiſtit ad ſex annorum millia: duobus millibus fuit inanitas, *(ſcil. ut ait gloſſa,* בלא תורה, ſine lege;*)* duobus millibus, lex; duobus millibus, dies Meſſiæ: & ob iniquitates noſtras, quæ auctæ ſunt, excipiuntur ex ipſis, quotquot inde excipiuntur. *Quæ poſtrema verba hactenus*

maļe verſa fuerunt ab iis, quibus cum mens autoris; tum dictionis יצא *in Talmude uſus, minus innotuerat. Vox iſta paſſim in excipiendi ſignificatu occurrit: mentem autem expreſſit Gloſſa:* יצאו משני אלפים אחרונים מה שיצא ומשיח לא בא, Excipiuntur è duobus millibus poſtremis, qûotquot excipiuntur; dum Meſſias non venit. *Quaſi dicas, Meſſias qui per duo ultima annorum millia regnare debebat, multos ex his millibus annos effluere ſinit, quibus à Deo nondum mittitur: & fortaſſis longe diutius morabitur: fuerint iſti anni, quotquot futuri ſunt (ſpatium nos latet;) id conſtat, quotquot anni labuntur antequam Meſſias veniat hoc ſtatuto duorum millium ſpatio, iſtos annos à felicitate iſta excludi propter peccata noſtra. In illis verbis, niſi detorqueantur, ceremoniarum finem ac terminum habemus in adventu Meſſiæ: quum ſingulis periodis manifeſtè ac diſtinctè & ſeparatim ſua aſſignetur conditio, ut ſine legum Moſaicarum onere vitam agere, tantum ad duo millia ànnorum extendatur; pariter eadem lex ad duo millia ſequentia aſtringatur; ideoque Meſſiæ ſecula omnia in ipſo acquieſcant, iſto onere levata, & contenta morali lege quæ jugum ipſius non aggravat. Cui doctrinæ ſic ſatis conſentit R. Iabetz ad Pſ.* 40. לעתיד לבוא כל הקרבנות עתידים ליבטל חוץ מקרבן תודה, Tempore futuro omnes oblationes ceſſabunt, præter oblationem gratiarum actionis. *Non hoc agitur, ut quicquid credimus & profitemur, è Talmude aliiſque Ebræorum monumentis confirmemus: quorſum introductio ad Talmudica ſimiliaque ſcripta evolvenda, tandem reſpiciat, id oſtendere volo: neceſſariam eſſe hanc* προπαρασκευὴν, *ſaltem utiliſſimam, perſuadere eſt animus. Ideoque in hoc dogmatum genere unum adjiciam. Gravis admodum eſt quæſtio, an Scriptura ſecundum literam, uti loquuntur, exponenda ſit; an vero alium etiam & ulteriorem ſenſum admittat. Antiquiſſimis etiam in iſta gente hoc probatum experimur, Scripturam myſticum etiam quid continere: cujus inveſtigatio ſparſim Talmudicis curæ fuit. Hinc iſta*

verba

verba pag. 115. *hujus libri,* ex iſtis myſticis plurimos ramos in legis divinæ juribus ſuccreſcere. *Spiritualis ſenſus etiam è Chaldaica paraphraſi confirmari poteſt: quum exponendi rationem in iſta Chaldaica verſione uſitatam probant verba Cod. Kiddouſchin, ſive de ſponſalibus f.* 49. *p.* 1. *ſub finem,* המתרגם פסוק כצורתו הרי זה בראי, Qui παραφράζει paragraphum ſecundum formam ſuam, *(id eſt,* ut ſonat,) ecce is eſt futilis, *vel,* mendax. *Quo loco de Chaldaica verſione agitur, ubi à literali ſenſu, ut vocant, recedit. Si ergo Chaldæus interpres cum teſtimonio iſto Talmudico collatus arbiter ſit in hac controverſia, ſecundum nos judicabitur: quia ipſius opera iſtic probatur. Sæpiſſime autem ad ſpiritualem ſenſum nos revocat: quod nonniſi imperitus negabit. Conferamus tantummodo, Eſ.* 4. 2. Illo die erit צמח יהוה germen Jovæ, *cum Chald. textu, ubi legimus,* משיחא דיי Chriſtus Domini. *eodem verſu in Ebræo,* פרי הארץ, fructus terræ, *in Chald.* עבדי אורייתא facientes ac præſtantes legẽ. *Quis hujuſmodi omnia enumeret? Gemara quidem monet, nihil temerè addendum. rego, quæcunque nos ſpirituali ſenſu exponimus, firmius probari & majori probabilitate perſuaderi poſſe, quam Iudæi Chaldaicam paraphraſin unquam defendent. Neque poſteriores Iudæos hoc fugit, utut Peritſol in hac exponendi ratione nobis obloquatur: ſunt alii, quorum autoritas nobis favet. In quorum numero Abrabanielem, Alviladam, Iabets, alioſque ſimiles cenſeo. Sed de ſenſu duplici in Middoth plura: unum Ioſephi Iabets addam judicium. Pſal.* 22. *ad hunc modum ſcribit,* אחשוב כי כל מה שקרה באותו הזמן סימן למה שיקרה לנו באחרית הימים, Arbitror, quicquid iſto tempore *(Eſteræ)* contigit, ſignum eſſe ejus quod nobis obtinget ultimis diebus. *Quo factum, ut multis Pſalmis non ſit una & ſimplici explicatione contentus. Non diſſentit Midras Thillim, ubi ejuſmodi ſæpius occurrunt. Exempli gratia, Pſal,* 18. רבי יודן בשם רבי יהודה אמר כל מה שאמר דוד בספרו כנגדו וכנגד כל ישראל וכנגד כל העתים אמרו, D. Jodan nomine D. Judæ pronuntiavit,

omnia quæ dixit David in libro ſuo, reſpectu ſui, & reſpectu totiùs Iſraëlis, & reſpectu omnium temporum ea dixit. *Hoc modo contra Iudæos ex ipſorum libris (inprimis Talmudicis) pugnare tantùm conceditur iis, qui libros iſtos intelligunt: qui enim ab aliis citata profert, facile exceptione ſæpe ficta & falſa eluditur. Vbi verò iſtis incumbere volumus, præcognita minime negligenda ſunt: in quorum cenſum Halichoth Olam meritò referemus; utpote quo neglecto, in Talmude præſertim, unde præcipua depromuntur, progredi non dabitur. Attamen Talmudis lectio vel hoc ſolo nomine, ut alia jam mittam, nobis placere & arridere deberet, quod infinitos ferme errores & ridiculas nugas detegat; quibus cognitis & attente obſervatis, facillime adverſarios compeſcemus: quibus volupe eſt, argumenta quædam è N. T. ſeligere, quorum vim elevent & apud imperitiores traducant. O quot quiſquilias, ridiculaſque argumentationes, quibus ipſorum libri referti ſunt, ipſis reponere quimus! Paucis defungamur: indicaſſe iſtas, ipſorumque Logicam, ſat erit. Quum in Euangelio Chriſti querimoniam deprehendunt;* Deus mi Deus mi, quare me deſeruiſti? *inſultant,* אם היה אלוה למה קרא כן והלא כל הצרות כלן באות לו מרצונו, Si fuit Deus, quare ita clamavit? nonne omnia adverſa obvenerunt ipſi, voluntate ſua? *Atqui nonne ipſi ſimilia Deo tribuunt, Cod.* Berachoth, *ſive de precibus, f. 3. p. 1.* שלש משמרות הוי לילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי ואומר אוי שהחרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגליתי את בני לבין אומות העולם.

Tribus vigiliis definitur nox: ſinguliſque præſidens Deus leonis inſtar rugit: atque hæc loquitur, Hei mihi quod domum meam devaſtaverim, & templum meum combuſſerim; atque filios meos inter mundi nationes in exilium miſerim. *Hic ego eodem modo ex ipſis quæro, Quare Deus iſto rugitu ſingulis noctibus ter clamare non deſinit? Nonne hæc omnia ſecundum voluntatem ſuam ipſi obvenerunt? Imo non tantum per Prophetas hanc voluntatem ſæpius indicavit; ſed ſe iſta omnia*

ſua providentia facturum fuiſſe non uno modo delineavit. Quod rugiens ille, Deus ſit; non impedit illas ſine intermiſſione ſingulis noctibus repetitas querelas, & vociferationes: quidni ergo Chriſtus fuerit Deus, licet ibi ſemel lamentatus perhibeatur? Præſertim cum natura humana ſuas paſſiones iſto clamore expreſſerit; Deus vero pater nonniſi in natura divina rugire Iudæis cenſeatur. Sæpius reprehendunt, quod è teſtimoniis V. T. argumentemur; cum illic eadem non tractentur; uti aiunt. Hic expendendum venit, quam bellè ipſi rationes ſuas è libris V. T. depromant. Eodem cod. f. 8. p. 1. תשע מאות ושלשה מיני מיתה נבראו בעולם שנאמר ולמות תוצאות תוצאות בגימטריא הכי הוו, Nongenta & tria mortis genera in hoc mundo creata fuere: nam dicitur (Pſ. 68. 21.) *Exitusque ex ipſa morte*; exitus autem Ebr. per arithmeticam totidem conficit. *An qui ratione uti conſuevit, unquam ita inſaniet, ut Davidi de numero agere, ad quem mortis genera excreſcunt, propoſitum fuiſſe, credat? Atqui ex numero, quem literæ in quodã vocabulo poſitæ conficiunt, pari modo paſſim progredi iſtos Doct. videas. Belli etiam nonnulli modi infra p. 176. & ſeq. & 183. leguntur. Hujuſmodi in promptu habere, ubi iſti hominum generi reſpondere volumus, admodum expedit. Et quia ex illis antiquis ipſorum voluminibus deſumuntur, etiam hoc pacto, hanc introductionem, qua ad iſta evolvenda præparamur, utiliſſimam eſſe, oſtenditur. Multa non addam de argumentorum claſſibus; quas perſpectas habere diſputantis quam maxime intereſt: non tantum, ut voces ac phraſes intelligat (qua de re in ſuperioribus:) ſed inprimis, ne fundamenta rationum apud eos ignoret, quorum rationibus reſpondere debet. Verumenimverò quum in epiſtola dedicatoria hæc utilitas plenius fuerit propoſita, atque hoc loco ea tantum latius tractare animus fuerit, quæ prolixius deduci non ſinebat epiſtolæ ratio; jam prioris membri hujus diſſertationis finem facio: unde hujus libri uſus, ſi non neceſſitas conſtare, ni*

***** *fallor,*

fallor, & lectori perſuaderi poteſt; quandoquidem tanta eorum ſcriptorum eſt utilitas, quò hic liber nos dirigit, & affatim præparat; ſi lexica, uti in aliis ſcriptoribus evolvendis obſervatur, adhibeamus. Ad poſterius membrum me confero: brevibus quid hic præſtiterim exhibebo; quò omnia penitius percipiantur, quidque lectori expectandum ſit, facilius innoteſcat. Id operam dedi, ut omnia perſpicuè redderem: qua de cauſa, licet ubique vocibus religiosè adhærerem; ſubinde ab iiſdem nonnihil recedendum fuit: tum quod nonnunquam eveniret, ut κατὰ πόδα redditæ alium ſenſum exhibituræ fuiſſent; tum etiam ad obſcuritatem declinandam, in opere intricatiſſimo. Quam ut effugerem diſtinctiones ſcrupuloſè & multo accuratius, quam vulgò fieri ſolet; obſervandæ erant: cujus neſcius non erit, qui vel paginam aliquam inſpexerit. Eòdem ſpectans, ubi eædem voces, & phraſes occurrerent, aliquando diverſam, aliamque verſionem adhibui; id eſt, duabus, tribuſve formis reddidi: quò iis inter ſe collatis, Ebrææ ac Talmudica facilius perciperentur. Exempli gratia p. 117. כה *vertitur* Quemadmodum; *at p.* 118. Et quid? *Hæc interpretamenta admodum inter ſe diſtare videntur: at ſi quis iſtorum locorum ſenſum expendat, eòdem in iſtis phraſibus recidere, adeoque ſeſe invicem explicare, deprehendet. Eadem ratione p.* 40. *&* 82. *traduntur ſimilia; quæ tamen diſſimiliter verti. De adhibenda rei diſtinctione ſermo erat: at propter repetitum altero loco* ירידה*, ſenſum convenientem diſcrepanti formula expreſſi. ibi,* legenda erant ſingula in ſe ſeorſum; *hic verò*, quæ ad eam pertinebant edocere. *Id volebat author, cum diſtinctione membra omnia ſpectantia rē (qua de agebatur) proponenda fuiſſe. Utrumque requirebatur: ut docerentur omnia; ita ut ſingula per ſe adhibita diviſione traderentur. Ne quidem iſto modo ad optatam perſpicuitatis metam pervenire potui. itaque ſubinde quædam inſerenda erant, ut à parentheſi lucem mutuarentur reliqua.*

Hoc

Hoc ita intelligas cave, quaſi omnes parentheſis notæ verba præter textum inſerta contineant; ſed non rarò iſtis mea, non authoris dicta, eſſe incluſa. Imo etiam ubi in ſententia Latinè reddenda & exprimenda non ſufficerent, quæ poſuiſſet ille R. Ioſua; nonnulla neglectis parentheſeos notis (quarum tum nullus uſus) addenda fuere: atque iſtis de cauſis ab authore abeundum. Alibi autem loca nonnulla occurrunt, ubi omninò non tantum dictiones; ſed etiam ipſarum ordo ſumma religione ſervari debebat. Id aliquando vel inſpicienti liquet; aliquando adeo latet, ut & ſcriptoris vitium arguere videatur. Exemplum habemus p.205. ſub finem, & p.206.l.6. utrobique Rabus Hounæ, diverſo verborum adhibito ordine, præfertur; idque cum tautologiæ ſuſpicione. Verum, an hic, vel ille in diſcurſu quodam præponatur, perinde non eſt: ideoque Rabi autoritas iſtic diſtinctè major dicitur, ſive ipſius ſententia priori loco collocetur; ſive Hounæ dicto ſubjungatur. Nonnunquam tamen authorem noſtrum erroris μνημονικοῦ ſuſpectum habeo: quod addito aſteriſco notatum volui. Adhac, cum teſtimonia ſacræ Scripturæ ſæpiſſime hic producantur; curæ mihi fuit, ut indagine adhibita, ſuis quæque locis, unde deprompta erant, aſſignarem: quoniam iſta cura à Iudæis ſuſcipi non ſolet. Et quandoquidem, ubi iſta loca in hoc libro reperiantur, cognoſcere in evolvenda Scriptura nonnunquam expedit, cum ut quomodo iſta Iudæi exponant in promptu habeamus; tum ne modus inde argumentandi lateat (quæ ſaltem commentariis facilius intelligendis inſerviunt:) ſpecialem illorum indicem ſubjunxi. Sicuti & rerum ac verborum: ne quidem iſtum defugiens laborem, quò duplicem haberent lectores. Siquidem ſæpe uſu venit noſtratibus, ut Latinorum facilius recordentur: qua de cauſa indicem Latinum exhibui. Quia verò ſcripta, quibus intelligendis operam meam non parum collaturam confido, Rabbinica & Talmudica lingua habemus exarata; idcirco ejuſdem idiomatis indicem

alteri præmiſi. quo magnum levamen iis accedet, quotquot iſtorum librorum capiet voluptas; cum obſcuriores voces ac formulas lectionis remoras offendentes, expoſitionem ex indice paratam & obviam reperient. Qua ratione permotus, voces obſcuras minuſque cognitas indici inſerere contentus non fui; verum eò collimavi, ne voces etiam notiſſimæ deſiderarentur, cum earum ſignificationem quandam minus obviam deprehenderem. Etenim hoc vel maximè nos remoratur, quum in vocabula nota incidentes, ſignificationis ſecuri, difficultatem alibi hærere arbitramur: atqui ſæpiſſimè uſu venit, vocem notiſſimæ ſignificationis, aliam etiam obſcuriorem continere; qua obſervata nihil ſcrupuli in ſententia reſtat. Quis ignorat, cujus ſit notionis dictio לחי*? at quid nobis deſignet p.62. norunt pauciſſimi: verbum* הוה *ſatis notum; at ignotior ipſius uſus, quem habes p. 76. & 86. Ne itaque hac in parte negligeretur, quo laborantibus ſubvenire me poſſe crederem; iſtum vocabulorum uſum oſtendere libuit: ſive author noſter uſum ex profeſſo enarraret; ſive hujuſmodi vocabula tantum inter diſſerendum adhiberet: verſio enim mea tum lexici vicem habet; modò index locũ oſtendat. Quare in hoc genere, ut labor minueretur quærentibus, paginâ plerumque in tres partes diſpeſcitâ, literâ* m *medium,* pr *principium,* f *finem deſignavi. addita etiam vocula* bis, *vel* ter; *ſi vocabula toties eadem pagina reperirentur. Neque diverſa ſcriptura neglecta fuit. uti ſuo loco* קידושי, *alio* קדושי *invenies: ne litera* י *inſerta, vel omiſſa inveſtigationem impediat. Neque id tantum in obſcuriori ſignificatu factum; ſed etiam ſi vox latius, ſtrictiuſve ſolito uſurparetur; vel diverſa ratione acciperetur: ubi collationem, ut & alibi, utilem cenſebam. Particulis ſollicitè invigilavi, ne Lexicographis prætermiſſæ, hic quoque deſiderarentur: cujuſmodi ſunt* מיהו, מהא *& ſimiles, quum minus uſitata notione uſurpantur. Adhæc magiſtrorum nomina omittenda non duxi: quandoquidem an*

hic,

hic, vel ille quidpiam aſſerat; an ex Miſnicorum, an verò Gemaricorum ſit ordine, hæc inquam dignoſcere magni intereſt. Vti in epiſtola præfixa, ex hoc codice demonſtravi. Porrò ubi aliis literis in Latino indice voces exprimuntur; imperfectam notionem, vel adeo notam ſignare videntur, ut annotandæ non ſint: ſed eo caſu ferme technologicas eſſe obſervabis. Artis enim termini diligenter annotati ſunt. Cæterum eo majori ἀκριβείᾳ in indice pleraque repræſentanda autumavi; quo facilius lector, uſu ampliorem notitiam nactus, & quorundam memor, hic forte minus dextrè redditorum, eadem denuò hic invenire & corrigere poterit. En vides, benevole lector, quid in toto opere præſtiterim, ut quammaximè tuis ſervirem commodis. Hactenus ad Talmudica ſtudia defuit introductio: eam ut haberes allaboravi. etiam quò eſſet perfectior, hoc modo concinnavi indices, ut ſi cui in evolvendo Talmude difficultas oboriatur, ſtatim hujus libri interventu ſeſe expedire queat. Qui acriore ſunt judicio, gnari quid ſupprimi, quid in publicum produci expediat, virique boni ac pii, commodum agnoſcent & mihi favebunt. Verumenimverò, ut aranei ex iiſdem floribus, unde apes mel conficiunt, venenum colligunt; ita fortaſſis reperientur, qui omnia detorquebunt aliò, & hinc tantum augebunt invidiæ virus: quia verò cui invidemus, in eodem laudabile quid agnoſcere videmur, contemptum potius præ ſe ferent, quo omnia deprimuntur. Occaſionem ſuppeditabunt loca quædam è Gemara huc citata: quæ minus rectè è Gemaricorum mente expoſita judicabunt. Quamplurima è Talmude producta ſunt, quorum multa ſuis locis inveſtigavi & examinavi. Attamen etiam multa, cum perſpicua viderentur, & prout ſonabant, regulas ac formulas; (in quarum gratiam accerſebantur,) ſatis declarare; ulteriori indagine in Talmude non quæſivi. Quare fieri poteſt, ut in quibuſdam vertendis aliò quam ipſi

authores, reſpexerim. An factum ſit neſcio: fieri potuiſſe, non eo inficias. His fortaſſis inhiabunt: & quem in ipſorum gratiam confeci indicem, eò convertent, quò faciliori ſcrutinio in voces & formulas à me verſas inquirant, an quid carpere & reprehendere valeant. Diſſidentes æquiſſimo animo fero; & eos qui amico pectore, ubi ipſis aberrare videor, publicè etiam oſtendunt, deoſculor, gratoq; animo viciſſim diligo & ſuſpicio, idq; ſcriptis profiteor. Quid enim in literis tractandis gratius, quam mutuo examine elicere veritatem? Quo nomine nuperrimè mihi rem gratiſſimam fecit Germaniæ decus ac lumen VVilhelmus Schikardus: & ante ipſum alii, viri mei amantiſſimi. Alios invidiæ ſtimulis ductos, ſi qui ſint, quibus & aliorum in me favor diſplicebit, amicitiamque invidebunt, miſſos faciam. Quod publicæ utilitati in ſcriptis meis inprimis ſtudeam, mea mihi dictat conſcientia: eundemque animum ſervans bonis placere ſtudebo, ab eo expectans laborum præmium, qui olim edixit (Gen. 3. 19.) In ſudore vultus tui veſcitor cibo. *Illos labores, lector, tibi do & conſecro: utpote in tuum uſum ſuſceptos. Quapropter memor ſis iſtius, cujus meminit Heſychius.* Παροιμία Σικελοῖς, Ἡ χάρις μοιτὸν (*οἰνόχαριν, lege*) οἴσει χάριν, Proverbium eſt Siculis, Gratia mutuam reportabit gratiam. *Quam peto gratiam? Dicam paucis. Adhuc Ariſtophanicum iſtud memoriæ inſidet, cum Carionem in Pluto reſpondentem Mercurio inducit,* Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι *&c.* Lingua præconi. *Scholiaſtes antiquus hic inter alia aliunde obſervat,* ὅτι αἱ γλῶσσαι τέμνονται τῷ Ἑρμῇ διὰ τὴν ἑρμηνείαν, linguas præcidi (*ſcilicet victimis*) pro Mercurio (*ſive nuncio*) propter interpretationem. *Alios hujus Ariſtophanici dicti ſenſus prætermitto; hunc arripio. Itaque ſimiliter, ſi linguam tuam mihi commodes pro hujus libri interpretatione, ſatisfactum cenſebo. Id eſt, temerè ne carpas quod diſplicebit; imo ſi ſecundum communem*

nem hominum ſortem alicubi aberravi in opere tam difficili, linguam potius ad excuſandum, quam traducendum laborem meum adhibeas. Porrò quodcunque vitæ ſupererit viciſſim impendam, ſpero, ut tibi pro virili conſulam. Vale.

Lugd. Bat. 6. Id.
Aug. ann. partæ
ſalutis 1634.

Tui ſtudioſus

CONSTANTINVS L'EMPEREVR
ab OPPYCK.

In

In formularum Talmudicarum &c. explicationem inſtitutam à

Nobil. ac Reverend. viro

D. CONSTANTINO l'EMPEREVR ab OPPYCK, S. S. Theol. Doctore, H. ac Ch. Ling. & Controv. Judaic. in illuſtri Batavorum Acad. Profeſſore; domino & amico obſervando.

NIl eſt, longa dies quod non manifeſtet, opertum;
Vt veniat lucis quidque ſub arbitrium.
Juſtitiam Domini populus ſepeliverat: illam
Noſcendam mundo vita reſumta dedit.
Oſtendit veteris populi diſperſio Regem;
Et veteris callum vita fideſque novi.
Peſtem animæ ſpuriis conditam vocibus Hoſtis
Eſcam avidis ovibus quum daret, haud latuit.
Non magis illa ſcatens vitio Meretricis abyſſus
Mendaci fugit tecta colore diem.
Hei mihi! qui vitæ nomen melioris habebant,
Lux vita caſſos & ſine veſte videt.
Quid claro nudos rides, Judæe, cachinno?
Nonne vides latebras lumen inire tuas?
Clauſtra revelluntur, portæ reſerantur, ut atros
Diſpellat fumos lucida flamma tuos.
O videant cœci veram ſine tegmine lucem!
Horreat ô tenebris obruta corda videns!
Magna, in laude Dei, tua laus erit, INDUPERATOR;
Quando tuo dium ſemine germen erit.

IOHANNES COCH, Sacrarum literarum in illuſtri Bremenſium Gymnaſio Profeſſor.

ספר הליכות עולם

שחבר הנכון רבי ישועה הלוי זצ״ל·

עוד יש בזה החבור ספר מבוא הגמרא לרבי
שמואל הנגיד זצ״ל·

LIBER DICTVS

ITINERA ÆTERNA

Cujus auctor

Doctor ille perſpicax Joſua Levita f. m.

PRÆTEREA HOC SYNTAGMATE

INTRODVCTIO TALMVDICA

Doctoris ac ducis Samuelis f. m. continetur.

הקדמה

פתח דברי · ותחלת אמרי · וראשית בכורי · שבחות לי״י · וקדש הלולים לשמו · אשר יצר את האדם בצלמו והתקין לו ממנו בנין מפואר בנו בכורו ישראל אשר בו יתפאר להיות לו לעם סגלה מכל העמים · ואומה קדושה מכל לאומים · ויקח אלהים את האדם ישראל ראשית תבואתו וצאן מרעיתו וישימהו בגן עדן התורה לעבדה ולשמרה · ולאכול מעץ הדעת למען דעת כי ה׳ הוא האלהים. מקור מים חיים אשר לא יכזבו מימיו · נותן לפתאים ערמה · ומחכים את חכמיו. ורצה המקום לזכות את ישראל להיות טהורים ומזוקקים לפיכך הרבה להם תורה ומצוה חקים ומשפטים צדיקים צדיק ה׳ צדקות אהב לאמר לאוהביו זה הדרך לכו בה· כי לקח טוב נתתי לכם תורתי אל תעזובו · התורה והמצוה אשר קבל אדון הנביאים מפי האל וילמדה את בני ישראל · התורה בכתב והביאור על פה תפוחי זהב במשכיות כסף נחפה · ומסר להם כללים וסימנים פרטים וסנסנים להבין משפטי התורה ודיניה ולהשכיל מצפוניה הן הן הי״ג מדות עמודים ויתדות לתורה הנסוכה · ואין לו להקב״ה בעולמו · אלא ארבע אמות של הלכה · ומאז קיימו וקבלו היהודים עליהם ועל זרעם דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים זכור ימות עולם בינו שנות דור דורים רבותינו חכמי הגמרא מה מאד חקרו ודרשו וכמה חדושים חדשו צללו במי׳ אדירי׳ והעמיקו וכמה דקדוקי׳ דקדקו הם עשו לתורה אזנים ואלמלא הם לא מצאנו בה ידים ורגלים.

ואני הצעיר באלפי יהושע בן רבי יוסף הלוי ז״ל אשר מארץ תלמסן · כל ימי גדלתי בין החכמים והיה אמונת עתי חוסן ישועות · על ברכי החכמים יולדתי · ובין ספריהם טופחתי · לדבריהם הקשבתי · ואזנים לקולם השתי · הרבה יגעתי · ואם מעט מצאתי · חלקי יהוה אמרתי · שבתי

בבית

PRÆFATIO.

EXordium verborum meorum, & meorum ſermonum initium, nec non primitiarum mearum principium ſunt laudes Dei, & ſanctæ celebrationes nominis ipſius: qui hominem ad ſuam imaginem formavit, ſibique ex eo genere diſpoſuit elegans ædificium, ſcilicet filium ſuum primogenitum Iſraëlem, qui de ipſo gloriaretur, quod ipſi eſſet populus peculiaris præ omnibus populis, & gens ſancta præ omnibus gentibus. Sumpſit itaque Deus hominem Iſraëlem ſui proventus primitias, gregemque paſcui ſui, atque eum in Edenis horto ſive in lege collocavit, ut eam coleret & ſervaret: quò comederet de arbore ſcientiæ, ut ſciret Iehovam eſſe Deum, fontem aquæ vivæ cujus latices non deficiunt, conferentem ſimplicibus ſolertiam, & ſapientibus ſuis ſapientiam. Voluit enim Deus ſanctificare Iſraëlitas, ut puri & defæcati eſſent: idcirco iis legem, præceptum, ſtatuta & jura juſta multiplicavit. Iuſtus eſt Deus: juſtitiam amat, adeo ut ſui amantibus dicat, Hæc eſt via quâ incedetis: nam doctrinam bonam vobis tradidi: legem meam ne derelinquatis. Lex ac præceptum, quod prophetarum princeps ex ore Dei accepit, & filios Iſraëlis docuit: lex inquam ſcripto tradita, explicatio autem ore promulgata, eſt inſtar malorum aureorum cælaturis argenteis obtectorum. Ipſis etiam tradidit regulas & indicia, principia & poriſmata, ad legis judicia ac jura intelligendum, ejuſque perſpiciendum theſauros. Ipſa ſunt 13 loca dialectica, columnæ & paxilli legis regalis. Nec quicquam habet Sanctus laudandus in mundo ſuo præter quatuor conſtitutionum cubitos. Atque ex eo tempore quo Iudæi ſibi ſuoque ſemini conſtituerunt & acceperunt legis & ſcribarum ſive Doctorum ἀκρίβειας; recordare dierum priſcorum, conſiderate annos ſeculorum ſequentium, Doctores noſtros, ſapientes Gemaræos: quam intentè inquiſiverint, & indagaverint, quam multa nova invenerint, quæ immerſa erant fluctibus ingentibus & in profundum demiſſa; quot acumina perſcrutati ſint. Ipſi aures legi appoſuerunt: & abſque iis fuiſſet, in illa nec manus nec pedes inveniſſemus.

ATque ego minimus inter millia [n] ſalvandi populi, filius Doct. Ioſephi Levitæ p. m. qui ſum Telmeſanus, per totam vitam meam inter ſapientes educatus ſum, (quæ erat firmitas temporis mei & robur omnis ſalutis) ſuper genua ſapientū editus ſum, & inter eorum libros concinnatus ipſorum verbis attendi: aures eorundem voci admovi: multum laboravi, quamvis parum adeptus ſim. Iehovam eſſe portionem

בבית ה' כל הימים · ושוקד על דלתות החכמים · שומרי בית גנזי חדרי ושלחן הגמרא ערוך לפני זה השלחן אשר לפני יי · ויהי בשנת חמשת אלפים ורכ"ו ליצירה חרה אף ה' בעמו וישלח בם משלחת מלאכי רעים זעם ועברה ותלהט אותם אש מתלקחת או דכו במדוכה · ויצאתי אני מתוך ההפכה · ועזבתי בית מדרשי ד' אמות של הלכה ובאתי ארץ קאשטילייא להמלט על נפשי כמעט רגע ושעה · כי מלאה הארץ ההיא רעה · לא נמלט בה הר ובקעה · ויאמר השם די לצרות עמי ישראל כי לקחו כפלים בחטאתם · ופקד ה' את הארץ ונעתר להם ורפאה · ולי אני עבדו יעשה חסד להניח לי מרגזי ומעצבי ושבתי בשלום אל בית אבי ואל חדר תורתי היכל ה' בנוי לתלפיות כימי עולם וכשנים קדמוניות.

ובאשר התעו אותי אלהים מבית אבי ומארץ מולדתי טלטלני הזמן עיר טוליטולה והנה שם לעומתי איש חמודות מאנשי המעלה והמדות בקי במשניות כנתינתם משיני ראוי לומר עליו זה סיני הוא הנשיא דון וידאל בן לביא · ויהי מרחוק ובטרם אקרב אליו ותדבק נפשו בנפשי ולבבו עם לבבי וירץ לקראתי וינהגני בכבוד לביתו ויעש עמי חסד ואמת כן יעשה ה' עמו ותהי שלימה משכורתו ובמצותו חברתי זה הספר · הנותן אמרי שפר · כי הקשה אלי לשאול לחבר לו מאמר יכלול דרכי הגמרא באופן שיוכל עמוד כי הספרים שחוברו בזה אינם מספיקי' ואפי' לראשי פרקים · ואני סרבתי בו על ככה להיותי בלתי ראוי לזאת המלאכה ומכיר אני בעצמי שאין זה מקומי כי נער אנכי ולא שמשתי את כל צרכי ולא ידעתי דבר ולחבר ספרים ובכל זאת לא הרפני ויפצר בי ויקח אותי בדברים ולפי שאין מסרבים לגדול יותר מראוי · הוצרכתי להפיק רצונו ואף על פי שאיני כדאי · גם ראיתי בדבר תועלתי ומלאכת שמים מלאכתי ובניתי לו אלו השערים בתחלת הספר לאות ולסימן:

שיר

meam dixi, quod ſemper in Iehovæ domo conſiderem, invigilans ad fores ſapientum, qui cuſtodiunt gazophylacium penetralium meorum: & menſa Gemaræ coram me diſpoſita erat: hæc eſt menſa quæ coram Deo conſiſtit. Cæterum evenit anno 5227. à creatione, ut Iehovæ ira in populum ſuum accenderetur, eique immitteret nuncios malorum, indignationem & excandeſcentiam: adeo ut Iſraëlitas inflammaret ignis ſeſe accendens, aut contunderentur veluti tudicula. Itaque è media ſubverſione egreſſus, ſcholam meam quatuor conſtitutionum cubitos reliqui, & in Caſtiliam veni, ut ad vitam meam ſervandam eriperer exiguo admodum tempore & ad horam: quia illa regio plena erat calamitatis, in qua nec mons nec vallis evaſit. Tandem Iehova dicat, miſeriæ populi mei Iſraëlis ſufficiunt, etenim acceperunt duplam menſuram, viſitavitque Iehova terram, illiſque exoratus hanc ſanavit: & mihi ſervo ſuo benignitatem exhibeat; ut me quietum reddat à commotione & dolore meo, utque in pace domum paternam redeam ad conclave legis meæ, ædem Iehovæ in armamentaria extructam, uti diebus antiquis anniſque priſcis.

Porrò quum me aberrare vellet Deus à paterna domo & natali ſolo, tempus me in civitatem Toletum devolvit: ubi ecce mihi obviam fit vir deſiderabilis ex iis qui gradu & virtutibus eminent, Miſnarum peritus prout è monte Sinai tradita ſunt: adeo ut de eo dicere liceret, hic eſt ipſe Sinai. Is eſt Princeps Dominus Vidal filius Leonis. Quum procul abeſſet & antequam ipſum accederem, ipſius anima animæ meæ adhæſit, ejuſque cor cordi meo; quumque mihi obviam occurriſſet, me honorificè domum ſuam deduxit, & mecum benignitatem & fidelitatem exercuit: ita Iehova cum ipſo agat, ſitque perfecta ejus merces. Itaque ejus mandato hunc librum compoſui, qui dicta elegantia exhibet: nam mihi vim fecit, poſtulans ut ſibi codicem componerem, qui eo modo Gemaræ phraſes & ſtylum complecteretur, ut conſiſtere poſſet. Libri enim qui hac in parte compoſiti fuere non ſufficiunt, ne quidem ad ſumma capita percipienda. Sed ego ita facere renuebam, quod iſti operi impar eſſem, & per me ipſum agnoſcerem non eſſe hunc locum meum: utpote qui puer eſſem, nec ſapientiæ ſtudioſis miniſtraſſem pro indigentia mea; neq; proloqui & libros componere ſcirem. Sed utut hæc ita eſſent, me non dimiſit; ſed inſtitit apud me, meque verbis cepit: & quandoquidem viro magno magis reſiſtere non licet quam par eſt, coactus fui implere ejus deſiderium, quamvis idoneus non eſſem: eò accedebat quod in ipſa re utilitatem meam viderem, opus cæleſte fore opus meum. Itaque ipſi hæc carmina compoſui libri initio, quæ pro elencho atque indice eſſent.

שיר של יתד ושתי תנועות· ויתד ושתי תנועות· ויתד והתנועה אחת· על משקל שיר קערת כסף·

צבי עופר קחה היום תשורה   לך ספר בדרכי הגמרא·
אשר חבר לך חבר כגבר   לך אור חלציו בגבורה·
אני היום ילדתיו גם עשיתיו   והדרכתיו עלי דרך ישרה·
וממעין ישועה הוא מקורו   ועץ חיים מקורו הוא הפרה·
מקור רוחי וראש אוני וכחי   ומבטחי ביוצר כל לצורה·
להורות בו מבוא תלמוד ודרכו   במשאו ומתנו ביושרה·
בקושיותיו ופירוקיו וחקיו   תני הכי וחסורי מחסרא·
ומהלכים דרכים בו ערוכים   בדת משנה וברייתא וספרא·
וחק מדות מקובלות מסיני   בבנין אב וגם קולא וחומרא·
ובכל מדה ערוכה בו במדה   ובמשקל ושליש עם משורה·
והוא יתד והוא עמוד לגמרא   והוא פנה למשנה הסדורה·
לתועלתי הכינותיו אבל לא   יהא עליו שמי נזכר ונקרא·
למען כי יהא סגור עלי פי   ובלבבי שמירה עם זכירה·
וזה כספי וזה תורי והבי   וזה סחרי ומה לי עוד סחורה·
וזה לחמי בעת ארעב ומימי   בעת אצמא וגם לכסות בקרה·
ואם אזכה ויועיל לאחרים   זכותי רב ומה נאוה עטרה·
והנה הוא למנה לחברים   ואת ראשם ולו משפט בכורה·
לחוס לחמו ומטעמו וטעמו   ושומו על לבבך בשמירה·
ואז תשכיל ובמשפט תכלכל   נתיבותיו ותופע לך נהרה·
גאולתי גאל וקחה הליכות   לעולם לך בדרכי הגמרא·

סליק·

Canticum ex tribus Jathed, quorum ſingulis prioribus duæ vocales, poſtremo una ſubjungitur: ad metrum cantici, Scutella argentea.

Hinnule caprine, cape hodie munus tibi, librum de phraſibus Gemaræ,
Quem compoſuit tibi ſocius, tanquam vir pro te cingens lumbos ſuos fortitudine.
Ego hodie genui eum, etiam perfeci eum, atque eum direxi per viam rectam:
Et è fonte [n] ſalutis eſt ſcaturigo ejus, & arbor vitæ eſt ſcaturigo ejus: ipſa excitavit
Scaturiginem ſpiritus mei principiumque roboris mei & potentiæ meæ. nam fiducia mea ſita erat in conditore omnium, ut auxilium aſſequerer:
Quò docerem in illo introductionem Gemaræ, ejuſque modum in mutua collatione juſta,
Unà cum ſuis objectionibus & ſolutionibus atque ſtatis formulis, Docet ſic, & Deficiendo deficit, *&c.*
Et in ipſo diſpoſiti ſunt qui deducunt per vias, per legalem viam conſtitutionis antiquæ, exoticæ, & antiqui in Leviticum commentarii;
Cum ſtatuto locorum dialecticorum acceptorum è Sinai, qui conſiſtunt in Principii conſtitutione atque etiam argumento ab impari,
Adeoque quovis argumento: quod in illo diſponitur ſecundum debitum, & pondus, atque triental cum menſura.
Et ipſe eſt paxillus & columna Gemaræ, ipſe eſt angulus antiquæ conſtitutionis aptè diſpoſitus.
In proprium uſum concinnavi eum: (ſed propter eum nomen meum non memorabitur vel celebrabitur)
Ut eſſet promptus in ore meo, & in corde meo obſervatus, ac etiam memoratus.
Atque hoc eſt argentum meum, hæ murenulæ aureæ meæ, hæc negotiatio mea: & quæ mihi præterea negotiatio eſſet?
Hic eſt panis meus, quo tempore eſurio, & aqua mea, quo tempore ſitio, atque etiam ad tegendum in frigore.
Quod ſi obtineam ut proſit aliis, meritum meum magnum eſt: & quam decora erit corona!
Ecce autem liber hic cedit in portionem ſociis, & quod eorum primarium attinet, ei quadrat jus primogenituræ.
Ede panem ipſius ejuſque ſaporem etiam deguſta, & colloca eum in corde tuo obſervanter:
Tunc intelliges & juſtè moderaberis ſemitas ejus, atque affulgebit tibi lumen.
Vindicias meas quibus Talmud aſſerui redime & cape tibi itinera æterna per vias Gemaræ.

Explicit.

LIBER DICTVS ITINERA ÆTERNA.

ITa inſit author: ecce jam inſtiti paſtorum veſtigiis ad paſcendum in hortis, & decerpendum lilia, fructus pretioſos nardorum atque cyprorum, ex ore ſcribarum & librorum, ex ore domini mei ſapientiſſimi & perſpicaciſſimi Doctoris Jacobi ſacerdotis (quem ſervet miſericors & redimat) Germani. qui me in mundi auram produxit & deduxit me in vitam æternam. Idque ſecundum librũ Kerithouth, quem compoſuerat Doctor Samſon, alioſque, qui de hac materia ſyntagma concinnarunt: quorum numerus quidem magnus, ſed ſtructura exigua; ut in iis non ſit quod ſufficiat, vel deſiderium impleat. Ipſi l. m. ſibi ipſis compoſuerunt pro mentis ſuæ amplitudine, & cognitionis ſuæ magnitudine, ſuoque per Gemaram diſcurſu ſuaq; peritia. Et quamvis Talmud eſſet regione ſpacioſa longius, corã ipſis erat inſtar inſtructæ menſæ. Sed hoc noſtro tempore inopi & macilento, conſuetudo decrevit & periit peritia. quicunque verò regulam è Gemara novit, is huic tempori prodigio & portento eſt: adeo contemplatio & vigilantia remittitur. Nihil eſt præter præceptum ab hominibus doctũ. Idcirco ego minimus gremium meum excuſſi authoritate eximii Jacobi Germani, & libros expendi, inq; conſtitutionibus ἀκρίβειαν adhibui ſecundum Additamentorum normam. Dicta Jehovæ ſunt dicta probata. Eorum aquas ego bibo è fonte Potentiſſimi, & ſecundum eorum normam ego loquor, ad docendum vias Gemaræ ejuſ-

ספר הליכות עולם

אמר המחבר הנה נא יצאתי בעקבי הרועים׃ לרעות בגנים׃ וללקוט שושנים פרי מגדים׃ נרדים עם כפרים׃ מפי סופרים ומפי ספרים׃ מפי מורי החכם המובהק רבי יעקב הכהן נר״ו אשכנזי אשר הוציאני לאויר העולם והביאני לחיי עולם ועל פי ספר כריתות שחבר רבי שמשון וזולתו מהמחברי׳ בזה הענין׃ רבי המנין׃ ומעוטי הבנין׃ לא יש בהם דבר מספיק׃ ולא רצון מפיק׃ והם ז״ל חברו לנפשותם כפי רוחב שכלם וגודל דעתם והקפתם בגמרא ובקיאותם ועם היותו מארץ מדה ארוך היה לפניהם כשלחן ערוך ובזמנינו זה הדל והרזה נתמעט ההרגל ואבד הבקיאות וכל היודע כלל מהגמרא הוא אצלו למופת ולאות ורפה העיון והשקידה׃ אין כל בלתי מצות אנשים מלומדה׃ ולכן נערתי אני הצעיר חצני במצות הנעלה י״א וביונותי בספרים ודקדקתי בהלכות על פי התוספות׃ אמרות ה׳ אמרות צרופות׃ מימיהם אני שותה מעין המתגבר ועל פיהם אני מדבר להורו׳ דרכי הגמרא

והנהגתיו ולנהגו על פי מדותיו ·
והנני כתלמיד המעתיק מה ששומע
מרבו · ולא עשיתי דבר להתגדר בו ·
ואני כורע ומשתחוה עד שיתפקקו
כל החוליות לפני כל מי שימצא
בחבורי זה הקטן שגגות או טעיות
שידינני לכף זכות ויתקן המעות
ויתארהו במחוגה כי המהירות
מביא לידי טעות ושגגה כי חברתיו
ואני נער גולה ונודד ממקומי ואיך
יעמוד בי טעמי ׃ מצורף הסרתי
בכאן מהפירושים והגמרות ובלתי
ספרים הידים אסורות והלבבות
בלתי מיושבות והמחשבות ם
מעורבבות · ואף גם זאת עשיתי כל
אשר השגה ידי והאלהים עמדי
יורני מתורתו נפלאות ויצילני
משגיאות · וקראתי שם הספר הזה
הליכות עולם לו · להיות מורה
דרכי ההלכות והליכותיהן בכל
חוקותיו ומשפטיהן · ואמרו ז״ל אל
תקרי הליכות אלא הלכות ׃ כל
השונה בהן מובטח לו שהוא בן
העולם הבא עולם שכלו ארוך
תכלית האריכות ׃ מצורף כי עשיתיו
ואני הולך ונודד בעולם מחדר
לחדר ומאולם לאולם ׃ אולי השם
יראה בגלותי והיה לי הליכות
עולם מקום קרבני ומנחתי לסלחן
אשמי וכפרת חטאתי אמן ·

ejuſque conſuetudines, in eaq; verſandum ſecundum locos ſuos dialecticos. Ecce autem ego ſum inſtar diſcipuli qui transfert quod à præceptore ſuo audivit: nec quicquam feci quo me concluderem. Cæterum ſupplico & demitto me, adeò ut omnes vertebræ diſiungantur, coram unoquoque qui in hoc meo parvo ſyntagmate inventurus eſt errores aut ſphalmata, ut in dijudicando me ad mitiorem partem vergat, & erratum corrigat, circinoq; delineet: nam feſtinatio in errorem & ſphalma inducit. Etenim iſtud compoſui puer, exul, divaganſque à loco meo: quî ergo in me mea ratio perſtitiſſet? Eò accedit quod hîc deſtituar explicationibus & Gemaris: ſed abſque libris manus ligatæ ſunt, & corda non diſponuntur, cogitationeſque turbantur. Et nihilominus id etiam præſtiti quodcunque aſſequuta fuit manus mea: & Deus mihi aſſiſtens me è lege ſua docebit mirabilia, meque ab erroribus liberabit. Porrò nomen huic libro impoſui Itinera æterna: quod doceat vias conſtitutionum, earumque itinera cum omnibus ſuis ſtatis formulis atque modis. Ideo dixerunt S.l.m. ne legas Ha. 3. itinera, ſed conſtitutiones. Quicunq; in iis diſcendis occupatur, ei promittitur filium fore mundi futuri, mundi inquam cujus omnia ſunt diuturna duratione perfecta. Accedit denique quod ſyntagma compoſuerim quum ambularem ac in mundo vagarer de conclavi in conclave, de porticu in porticũ. Fortaſſis Jehova intuebitur exilium meum, mihique *Itinera æterna* erunt loco oblationis & muneris mei ad expiandum reatum meum, & pro piaculo peccati mei. Amen.

וחלקתי הספר לחמשה שערים
מפנינים יקרים

השער הראשון יודיע סדור המשנה והגמר' על תיקונם ותוכן חבורם ומכוונם ·

השער השני יבאר דרכי הגמרא והנהגותיו בשטותיו וסוגיותיו ·

השער השלישי ידריך המשנה על נתיבותיה ואורחות עקבותיה ·

השער הרביעי הוא ההולך קדמת המדות שרשי התורה והיסודות ·

השער החמישי יורה דרכי פסקי הלכות שמורות בכל וערוכות ·

השער הראשון חלקתיו לשלשה פרקים ·
הזהב מעליהם מרוקים ·

הפרק הראשון בכיצד סדר משנה בראשונה · ואיך ניתנה ליכתב באחרונה · וסדר חבורה ומה כיון בו רבי ברוחו הנכונה · וכן חבור הגמרא וסדורו לרב אשי ורבינא ·

הפרק השני בזכרון שמות החכמי' לדורותם למשפחותם לבית אבותם ומי הוא רב ומי הוא תלמיד על פי מעלתם וסדר קבלתם איש מפי איש כדרך קצור כי כענין השמוש דבר שפתים אך למחסור :

הפרק השלישי בכנויי החכמים שלא נקבו בשמות כדי שנהיה בקיאין בהם ובשמותיהם לידע מי הם כדי להקשות מדבריהם לדבריהם או לפסוק הלכה כמותם נגד החולקים עליהם ·

Cæte-

Cæterùm librum diſtribui in quinque tractatus veluti è margaritis pretioſis confectos.

Tractatus primus oſtendit ordinem Miſnæ & Gemaræ ſecundum earum conſtitutionem, item earum ſyntagmatis diſpoſitionem atque intentionem.

Tractatus ſecundus explicat Gemaræ modos & conſuetudines in formulis ac textibus ipſius.

Tractatus tertius dirigit Miſnam per ſemitas ſuas, viaſque veſtigiorum ſuorum.

Tractatus quartus præit argumentorum modis, principiis legis atque fundamentis.

Tractatus quintus docet modos decidendi conſtitutiones, quæ obſervantur in omnibus & ordinatæ ſunt.

Tractatum primum in tria diſpeſcui capita ex ſe aurum effundentia.

Caput primum de eo agit, quæ primò fuerit Miſnæ conditio, & quî tandem ſcripto tradita ſit, quis ſyntagmatis ordo, quidque eo Ribbi compoſito animo ſuo intenderit. Similiter de ſyntagmate Gemaræ ejuſque diſpoſitione per magiſtrum Aſen & Rab Inam.

Caput ſecundum verſatur in recenſendis nominibus ſapientum per ſecula ſua, & familias domoſque paternas, & quis Præceptor, quis diſcipulus fuerit: pro graduum diverſitate & ordine, quo alter ex alterius ore doctrinam accepit: idque brevibus, quia in re plana verbum labiorum tantum ad defectum tendit.

Caput tertium eſt de ſapientum epithetis, qui nominibus non vocantur: quò ſimus eorum & nominum ipſorum gnari, ut cognoſcamus quinam ſint, ad objiciendum ex ipſorum verbis contra verba eorundem; aut decidendum conſtitutionem ſecundum eos adverſus illos quibus cum iis non convenit.

Caput I.

Dixit R. Johannes, Deus ſanctus laudandus cum Iſraële nonniſi traditionũ non ſcriptarum nomine fedus pepigit: quandoquidem Exod.34.27.dicitur, *Quia ex præſtituto* (Heb.*ſecundum os*) *horum verborum pango tecum fedus & cum Iſraelē*. Hic argutè diſcurrit R. Judas filius Nahmanis interpres Reſch Lakiſchi.Scriptũ eſt, *Scribe tibi verba hæc*: etiam ſcriptum extat, *Quia ſecundum os horum verborum*. En quomodo? verba quæ ſcripto tradenda, non licet tibi voce eadem tradere; ut verba quæ voce tradenda ſunt, ſcripto tradere non licet. Ratio eſt: quia in verbis ſcriptis plurima ſunt,quæ ex ipſa ſcriptura argutè deducuntur, veluti è deficientibus & abundantibus literis, lectis nec ſcriptis in contextu,aliiſque ſimilibus: iſta autem ſi tantum voce traderentur, perirent. Quæ autem viva voce tradita ſunt, ea explicant quæ ſcriptis conſignata ſunt:& quum non niſi viva voce tradantur, iis inniti aliter non poſſumus, quam ex ore docentis, qui diſcenti explicationem enarret. quod ſi ergo atramento in libro exarata eſſent, dubitari poſſet, an illi oratio clarè perſpecta ſit. Cæterùm à diebus Moſis qui in pace quieſcit, quique legem in monte Sinai coram ab ipſo Deo accepit, uſque ad Doctorem noſtrum Sanctum (ſc. Judam) nullus liber de lege viva voce tradita conſcriptus fuit. Hæc autem erat olim in Iſraële conſuetudo & lex.Sapientes alii ab aliis accipiebant, & viva voce diſcebant ſtatuta, quemadmodum tradita

הפרק הראשון

אמר רבי יוחנן לא כרת הקב״ה ברית עם ישראל אלא בשביל דברים שבעל פה שנאמר כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית ואת ישראל · דרש ר' יהודה בר נחמני מתורגמניה דריש לקיש כתיב כתוב לך את הדברים ׀ וכתיב כי על פי הדברים האלה הא כיצד דברים שבכתב אי אתה רשאי לאומרן על פה דברים שבעל פה אי אתה רשאי לכותבן בכתב · והטעם משום דדברים שבכתב איכא מילי טובא ·דמדרשי מתוך הכתב כגון חסרות ויתרות וקרי ולא כתיב ודכוותייהו ואי אמרת להו על פה בצרי להו ׀ ודברים שבע״פ פירוש למה שבכתב הן וכשאין נאמרין אלא בעל פה אי אפשר לעמוד עליהן אלא מפי מלמד שיבאר לו הפירוש · ואלו היה נכתב בספר ובדיו אפשר לספק בו שלא יבין הלשון על בוריו ׀ וכימות משה רבינו ע״ה אשר קבל תורה מסיני פה אל פה ועד רבינו הקדוש לא נכתב ספר בתורה שבעל פה ׀ וזאת לפנים בישראל התעודה והתורה היו החכמים מקבלים איש מפי איש ולומדים המשנה ע״פ כאשר נמסרה אלא

fuerant:

שהיו התלמידים עושין סמנין למשנתן וכותבין אותם מפני השכחה המצויה בדברים והיו מסתירין אותם וקורין להם מגלת סתרים · והיה הדבר נוהג כן עד עמוד כהן לאורים ותומים משרת לאלהיו בחכמה וביראת חטא הוא רבי' הקדוש אדון השלמים · וראה כי אזלת יד החכמה ; והצרות תכופות ודחפות החכמי לקצוי האדמה וגזרות מתחדשות בכל שנה ושנה ותידל עד מאד תורה שבעל פה אין פוצה פה מתוך שעבוד יוונים ואחרים שהיו גוזרים לבטלם מדברי אלהים חיים עד זמן ר' שנתן לו המקום חן בעיני אנטונינוס ונחו מצרה וימצא חן וחסד וכבוד בעיניו והרביץ ברכים לתורה ועמד הוא ובית דינו בהסכמת החכמים שהיו בזמנו לחבר ספר בקבלה הנתונה בסיני וסמכו על מקרא שכתוב עת לעשות לה' · וקרא וקבץ בעלי השמועה והקבלה שהיו אז בדורו ונאספו שמה כל החכמי' משפטי אל יורו· והיה כל אחד אומר שמועתו מפי הקבלה איש מפי איש עד משה רבינו עליו השלום הוא הנעלה · וכתב רבי' הקדוש כל הדברים המקובלים והמוסכמים ואשר נפלה בהם מחלוקת בין

fuerant: niſi quod diſcipuli ſtatutis iſtis ſigna quædam apponerent, eaque, ne oblivio in multis obrepens invaleſceret, conſcriberent: quæ tamen occultabant, & librum occultorum vocabant. Hic mos obtinuit, donec ſacerdos cum Vrim & Tummim adeſſet, Deo ſuo miniſtrans, cum ſapientia & metu peccati: is eſt Doctor noſter ſanctus omnium integerrimus. Qui ſapientiæ vim perire animadvertit, afflictioneſque graves abigere ſapientes in ultimas terras, & quotannis innovari decreta, legemque ore traditam admodum deprimi, neminem vel hiſcere audere propter tyrannidem Græcorum aliorumque: qui ut illos ab eloquiis Dei vivi avocarent, decreta concipiebant ad tempora uſque Ribbi. Cui Deus Antonini gratiam ac favorem conciliavit: nam ab anguſtia reſpirarunt; ipſe verò coram illo miſericordiam, gratiam & gloriam nactus fuit, & quietem legi conciliavit. Is cum ſenatu ſuo, conſenſu ſapientum qui ejus tempore vivebant, librum traditionum in Sinai acceptarum componere aggreſſus fuit: idque ex illo S. L. mandato Pſalm. 119. v. 126. *Iehova agendi tempus eſt.* Itaque eos convocavit ac congregavit, qui iſto ſeculo ἀκροαμάτων & traditionum erant peritiſſimi: adeo ut eò ſapientes omnes convenirent, ut Dei judicia edocerent. Quiſque ergo in medium proferebat, quæ auditu acceperat, longâ nempe ſerie πατροπαραδότως inde à D. noſtro, beato Moſe, eximio illo accepta. Quocirca D. noſter ſanctus traditiones ἀναμφισβητήτως conſcripſit, & eas in quibus ſapientes diſſentirent

ad ſuos quaſque autores ſuis locis nominatim retulit. Ita ex his omnibus δευτερώσεις conſcripſit ſermone conciſo puroque idiomate: atque hic liber legis ſecundarius quinque iiſque firmis nititur columnis, quinq; conſtans generibus: quemadmodum ſcripſit magnum illud lumen, perfectè ſapiens, Doctor noſter Moſes filius Rabbi Maimonis, in præfatione זרעים ſuorum in Miſnaioth ſive δευτερώσεις commentariorum.

Primo genere proponuntur explicationes ab ipſo omnipotente interventu Moſis acceptæ: quæ occultas habent in Scriptura rationes, unde per coujecturam deduci queunt. Hic nulla eſt diſſenſio: ſed quum aliquis ſe hanc vel illam à majoribus accepiſſe affirmat, illi adverſari ut mendacii arguatur non licet.

Secundo genere continentur ſtatuta, de quibus dici ſolet: *ritus Moſis è monte Sinai*. Iſta nec conjectura nec locis dialecticis addiſcuntur: ſicuti lora nigra, & undecim dies inter duas menſtruatæ conditiones, aliaque multa his ſimilia. Etiam in his non diſſentiunt.

Tertio genere conſtitutiones exhibentur, quæ per conjecturam, argumentum à pari, aliaq; documenta eliciuntur: ideoq; in iis ſapientes diſſentiunt, vel duo vel plures. Sicuti in univerſa Gemara invenies ipſos in diſcurſus rationem inquirere, quæ diſſidentes in partes trahat, ſimiliter in ipſas ratiocinationes, quas tueri laborant. ut quum paſſim dicunt, *Cujus cauſa diſſentiunt?* hic Doctor hac ratione ſecum rem reputat; alter alia. Lumen magnum hac

החכמים איש איש על מקומו לכולם
יקרא בשמו ׃ וחבר מהכל ספר
משנה התורה בלשון קצרה ושפה
ברורה והיה ספר משנה התורה
הזה מיוסד על חמשה עמודים
חזקים ומקובץ מה' חלקי' כאשר
כתב המאור הגדול החכם השלם
רבינו משה בר מימון בהקדמת
זרעים לפירוש המשנה שלו ׃

החלק הראשון פירושים מ
מקובלים מפי משה מפי הגבורה
ויש להם רמז בכתב ואיפשר
לחוציאם בדרך סברא ׃ וזה
אין מחלוקת בו אבל כשיאמ'
הא' כך קבלתי אין להשיב עליו
להכזיבו ׃

החלק השני דינים שנאמר בהם
הלכה למשה מסיני ולא נלמוד לא
מסברא ולא ממדה כגון רצועות
שחורות ואחד עשר יום שבין נדה
לנדה והרבה כיוצא בהן ׃ גם
באלו אין חולק עליהם ׃

החלק השלישי דינים שהוציאום
על דרך סברא והקש ושאר
למודים ונפלה בם מחלוקת בין
חכמים רבים ויחידים כאשר
תמצא בכל הגמרא שהם
חוקרים על טעם הסברא שהוא
גורם מחלוקת בין החולקים
והטענות. אשר הם מחזיקים
באומרם בכל דבר׃ במאי קא מפלגי
מר סבר ומר סבר והמאור הגדול

de re

האריך בזה בהקדמת זרעים הנזכרת ישוין שם ׃

החלק הרביעי הם הגזרות שתיקנו החכמים בכל דור ודור כדי לעשות סייג לתורה ולגדור והוא צווי השי' ושמרתם את משמרתי עשו משמרת למשמרתי ולפעמים תפול בהם המחלוקת בין החכמים שזה גוזר כך מפני כך וזה לא יסכים עמו על כך ׃

החלק החמישי הם ההנהגות והתקנות שהנהיגו הנביאים ו והחכמים אם באיסור והתר אם בדיני ממונות כאמרם משה תקן להם לישראל · וכן יהושע ועזרא וזולתן הלא הם על ספר המשנה הם כתובות · וכן תקן הלל וכן תקן רבן יוחנן בן זכאי וכאלה רבות יש ׃ אלו הן חלקי הדינים שכלל רבינו הקדוש בחבורו ועשה מהכל ששה סדרים זכר לדבר והיה אמונת · עתיך · חוסן · ישועות · חכמת · ודעת · יראת ה' היא אוצרו · ואלו הן · זרעים · מועד · נשים · נזיקין · טהרות · קדשים · והסימן זמן נקט · וכל סדר חלק למסכתות ׃ וחלקים · וכל מסכתא לפרקים ·

הסדר הראשון · במצות ה המתחייבות בזרעים ומסכיתיו יא ׃

de re prolixè agit commemorata præfatione זרעים: conſulatur locus.

Quarto genere decreta proponuntur, quæ ſingulorum ſeculorum ſapientes ſtatuere, quò ſepem legi circumdarent, eamque maceria veluti cingerent. Hoc eſt Dei L. mandat. Lev. 18.30. *& obſervabitis obſervationem meam:* addite obſervationem obſervationi meæ. Atque in his contingit, ut ſapientes inter ſe diſſentiant: quum hic hoc modo, hac de cauſa decernit: alter verò alia de cauſa cum ipſo non facit.

Quinto genere continentur conſuetudines & conſtitutiones, quarum obſervationem introduxere Prophetæ & Sapientes, cum in interdictis & permiſſionibus; tum in judiciis pecuniariis. Vt quum dicunt, Moſes Iſraëli ordinavit: ſimiliter Joſua & Ezra, cæterique. Nonne hæc in libro Miſnajoth ſive veterum conſtitutionum ſcripta leguntur? Eodem modo dicunt: ſic ordinavit Hillel; ſic ordinavit Dominus Johannes filius Zachæi: atque hujuſmodi ſunt plurima. Hæc ſunt conſtitutionum genera, quæ D. noſter Sanctus ſyntagmate ſuo complexus eſt: atque ex omnibus ſex confecit claſſes, quarum μνημόσυνον eſt Eſai. 33.6. *Eſt itaque* [1] *firmitas* [2] *temporis tui,* [3] *robur* [4] *omnis ſalutis,* [5] *ſapere te &* [6] *noſſe: reverentia Dei eſt theſaurus ejus.* Claſſes hæ ſunt: Semina; Feſta; Mulieres; Damna; Purificationes; Sanctitates. quarum ſignum eſt Judæis זמן נקט. Et author claſſes ſingulas in codices & partes: & codices in capita diſpeſcuit.

Prima claſſis de præceptis agit, quæ in ſeminibus obſervari debent. cujus codices

ſunt undecim: Preces; Angulus; Res dubia; Exceptitium; Septimus annus; Heterogenea; Decimæ primæ; Decimæ ſecundæ; Præputium; Placenta; Primitiæ.

Claſſis ſecunda, de anni temporibus & feſtis, duodecim cōſtat codicibus. hi ſunt: Sabbathum; Miſcellanea; Paſcha; Sicli; Dies expiationum; Tabernaculum; Ovum; Anni initium; Jejunia; Liber Eſter; Feſtum parvum; Feſtivitas.

Claſſis tertia, jura mulieris continet, diviſa in ſeptem codices. hi ſunt: Fratriæ; Sponſalia; Pacta dotalia; Divortia; Vota; Naziræus; Vxor declinans.

Claſſis quarta, de juribus pecuniariis aliiſque juribus humanæ ſocietatis, codices octo complectitur: quorum primus in tres (qui dicuntur portæ) ſubdividitur. ſingulorum nomina hæc ſunt: Porta prima; Porta media; Porta poſtrema; Synedrium; Plagæ; Juramenta; Teſtimonia antiquorū; Documenta; Idololatria; Patres.

Claſſis quinta, de oblationum juribus, in codices undecim dividitur. qui nominibus hiſce indigitantur: Sacrificia; Prophana; Fecta; Primogenita; Æſtimationes; Permutatio; Tranſgreſſio; Exciſio animæ; Juge ſacrificium; Menſuræ templi; Nidi.

Claſſis ſexta, de legibus immunditiei & purificationis, duodecim habet codices. quorum hæc ſunt nomina: Vaſa; Tabernacula; Plaga lepræ; Juvenca; Purificationes; Aquarum receptacula; Separatio propter menſtrua; Diſponentia ad pollutionem; Gonorrhæa laborantes; Tinctus eodem die; Manuum lotio; Petiolus.

Hæ ſunt ſex iſtæ claſſes, quas Doctor

יא ׃ ברכות · פאה · דמאי · תרומה · שביעית · כלאים · מעשר ראשון · מעשר שני · ערלה · חלה · בכורים ·

הסדר השני בזמני השנה ובמועדים ומסכיותיו יב ׃ שבת · עירובין · פסחים · שקלים · יומא · סוכה · ביצה · ר״ה · תעניות · מגלה · מועד קטן · חגיגה ·

הסדר השלישי · בדיני הנשים ומסכיותיו שבעה · יבמות · קרושין · כתובות · גיטין · נדרים · נזיר · סוטה ·

הסדר הרביעי בדיני ממונות ובמשפטי׳ שבין אדם לחבירו ומסכיותיו שמנה · המסכתא הראשונה נחלקת לשלשה ונקראות בבות · קמא · מציעא · בתרא · סנהדרין · מכות · שבועות · עדיות · הוריות · ע״א · אבות ·

הסדר החמישי · בדיני הקרבנות ומסכיותיו יא · זבחים · חולין · מנחות · בכורות · ערכין · תמורה · מעילה · כריתות · תמיד · מדות · קנים ·

הסדר הששי · בדיני טומאה וטהרה ומסכיותיו יב · כלים · אהלות · נגעים · פרה · טהרות · מקואות · נדה · מכשירין · זבין · טבול יום · ידים · עוקצים ·

אלו הן שש בה״י משנה שחבר

noſter

רבינו הקדוש על נכונה · ויש טעם על כל מסכתא ומסכתא למה נשנית לאתר שלפניה כמו שמפרש הגמר' בהרבה מקומות וכמו שכתב המאור הגדול בפתיחת זרעים הנזכר · והיו דברי רבי במשנה מעטי הכמות ורבי האיכות וקצר מלין מבלי אריכות אין בו מלה לבטלה · ולא ענין ללא ענין · ולא דבר ללא דבר · והיה הכל מבואר לו לרוחב שכלו אך לבאים אחריו עמקו דבריו מי ירד לסוף דעתו ומי יבא עד תכונתו · לפיכך ראה אחד מ תלמידיו לחבר ספר לגלות ולמלאות דברי רבו ולבאר א אותיותיו אלה בקרבו · והיא התוספתא וענינה תוספת על המשנה וגלוי טעמה · וכן חברו רבי חייא ורבי אושעיא ברייתות אשר מדברי רבם נשמטות ׃ והוא שמם ברייתה חוץ ממדרשו' של רבינו הקדוש וכל הבא אחרי החבורה הנכבדת ההיא לא שם לבו ומאודו אלא להתבונן בדברי המשנה כל איש ואיש כפי חכמתו והשגת ידו עד שהגיע הזמן לרבינא ורב אשי סוף האמוראים האחרונים והתבונן רב אשי וראה בעצתו הנכונה לעשות ככל אשר עשו הראשונים · ואסף לכל הסברות והדקדוקים ודלה מים

noſter ſanctus ordinatè compoſuit: certâque eſt ratio in ſingulis codicibus, quare præcedentibus poſtponantur: quemadmodum Gemara multis locis exponit, ut etiam magnum illud lumen in commemorata præfatione 'זרעי. Verba autem hujus Ribbi in dictis Miſnajoth quantitate quidem pauca ſunt, ſed qualitate multa: & in ſermonis brevitate abſque prolixitate ulla, nulla dictio eſt ſuperflua: nec tractatus de re nihili, nec ſermo de rebus quæ non ſunt inſtituitur. Omnia ipſi ob ingenii acumen perſpecta erant: at poſterioribus illius verba fuere difficilia. Quis ad cognitionis ipſius faſtigium pertigit? quis aptam ejus diſpoſitionem aſſequutus? Idcirco diſcipulorum cuidam librum componere viſum fuit, quo præceptoris verba declararet, & ſuppleret, & has ejus literas in ipſo explicaret. Hoc eſt additamentum: q. d. additio ad Miſnam, & manifeſtatio ſenſus ipſius. Ita R. Chija, & R. Oſchaja, Baraitoth *Exotica* cõgeſſere, quæ in præceptoris verbis prætermiſſa erant. Hoc autem nomen *Exotica*, q. d. extra Doctoris noſtri ſancti explicationem. Et quicunque poſt illuſtre illud ſyntagma exorti fuerunt, non aliò applicarunt animum vireſque ſuas, quam ut verba Miſnæ intelligerent, quiſque quatenus ſcientia vireſque pertingerent. Ad tempora uſque Rab Inæ & Aſes, qui Gemaricorum magiſtrorum poſtremi fuere. Itaque M. Aſe ſolicitè rem expendit, æquumque cenſuit, ut per omnia veterum veſtigia ſequeretur. Quocirca omnes opiniones, & animadverſiones collegit, è profundis puteis

aquam hauriens: & ſapientia ſua, variaque cognitione, quibus præditus erat, omnia complexus eſt ; adeo ut ſtatutorum deciſionem, liberas enarrationes legalium conſtitutionum, & conjecturas conjunxerit. Quatuor autem inſignia ſibi propoſita habuit: primò ut omnes Miſnæ rationes, pronuntiata cum generalia tum ſpecialia, omnemque collationem quæ in ipſa datur exponeret: nec non impugnationes mutuas J. cum antiquiorum, tum eorum qui ipſius ſeculo vivebant. Secundò, ut jus definiret ſecundum aliquam diſſidentium & conferentium ſententiam, cum Miſnicorum tum Gemaricorum. Tertiò, ut ea proponeret decreta, & conſtitutiones, quæ poſt Doctorem noſtrum ſanctum ad hunc authorem uſque, fortitudine animi eximium, factæ eſſent. Quartò, ut acutas & allegoricas expoſitiones eorum, qui optimas inſtitutiones & virtutes morales protulerant, adderet. De his, exiſtimandum non eſt, exiguam eorum eſſe utilitatem: ſed magni ſunt uſus, myſteriaq; etiam magna à ſummo ad infimum continent. Porrò D. Aſe duo Gemaræ exemplaria compoſuit, *κυκλοπαιδείαν* priorem & poſteriorem: unam prolixam, alteram brevem: ſequutus omnes authores, qui compoſitos à ſe libros recenſere ſolent emendando, addendo vel detrahendo. Atque hoc pacto obſignata fuit Gemara: ut ipſi addere vel detrahere liceret nemini, niſi quod Doctores dicti *Opinatores* ſive *Conjectores*, qui illum ſequuti ſunt, quædam addiderint: quemadmodum à Sublimibus accepimus. Ex. gr. initio קדושי, *At objicit*

מגורות עמוקים וכלל הכל
בחכמתו ותפש רחבת אשר
אתו וחבר הגמרא אגדה ד
דשמעתא סברא · וכוון בו ד'
דברים יקרים ׃ הראשון לפרש
כל טעמי המשנה כלליה ו
ופרטיה וכל המשא ומתן שנפל
עליה · וטענת כל מפרש על
חברו מאשר היו לפניו ובדורו ׃
השני פסק דין על דעת אחד
מההולקים הנושאים והנותנים
תנאים ואמוראים · השלישי
גזרות ותקנות שנעשו מאחרי
רבינו הקדוש עד זה המחבר
החלים תבר · הרביעי דרשות
ואגדות נושאים מטוב מוסרים
ומדות · ואין ראוי לחשוב
בהם שתועלתם מעוטה ׃ אבל
הם רבי התועלות כוללים
חידות נפלאות ממעלה למטה ׃
ועשה רב אשי מהגמרא שת'
נוסחאות מהדורה קמא ו
ומהדורא בתרא ׃ אחת ארוכה
ואחת קצרה כדרך כל מחבר
שמחבר וחוזר ומתקן חבורו
ומאריכו ומקצרו ונחתם ה
הגמרא · עליו אין להוסיף
וממנו אין לגרוע זולתי רבנן
סבוראי שעמדו אחריו ה
הוסיפו בו קצת תוספת כ
כאשר מקובל מפי הגאונים
כגון בריש קדושין ופריך

D.Achaus:

רב אחאי והירת זה מקבלתם ומסברתם ·

הפרק השני

אלו הן דורות חכמי המשנה ·

הדור הראשון שמעון הצדיק ואנשי דורו ·

הדור השני אנטיגנוס איש סוכו ורבי אלעזר בן הרסום ואנשי דורם·

הדור השלישי יוסי בן יועזר איש צרדה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם ואנשי דורם ·

הדור הרביעי יוחנן בן מתתיה יהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי·

הדור החמישי חוני המעגל ויהודה בן טבאי ושמעון בן שטח וזולתם ·

הדור השישי עקביה בן מהללאל ושמעיה ואבטליון·

הדור השביעי שמאי והלל ורבי יהודה בן בתירא ונחוניא בן הקנה · ואנשי דורם ·

הדור השמיני רבן גמליאל הזקן ונחום הלבלר וזולתם ·

הדור התשיעי רבן שמעון בן גמליאל ורבי ישמעאל בן אלישע כהן גדול וזולתם ·

הדור העשירי רבי יוחנן בן זכאי ורבי אליעזר בן יעקב וחכמי דורם·

הדור האחד עשר אליעזר בן הורקנוס ור' יהושע בן חנניה ור' אלעזר בן ערך ואנשי דורם ·

D. Achaus: quod ex illorum traditione & opinione depromptum fuit.

Caput II.

HÆc ſunt ſecula ſapientum Miſnæ.

Seculo primo vixit Simeon juſtus cum ſeculi ſui hominibus.

Seculo ſecundo, Antigonus Sochæus, & Doctor Eleazar filius Harſumi, cum ſeculi iſtius viris aliis.

Seculo tertio. Joſe filius Joëzeri Tſeradenſis, & Joſe filius Johannis Hieroſolymitæ, cum ſeculi ſui hominibus.

Seculo quarto, Joannes filius Matthæi, Joſua filius Perahjæ, & Nathæus Arbelenſis.

Seculo quinto Honis circularis, Judas filius Tabæi, Simeon filius Setahi, aliique.

Seculo ſexto, Akabias f. Mehaleelis, Schemaja & Abtalion.

Seculo ſeptimo, Sammæus, Hillel, D. Judas f. Bethiræ, & Nehounia filius Hakanæ, cum ſeculi ſui hominibus.

Seculo octavo, Dominus Gamaliel ſenex & Nahum ſcriba, aliique.

Seculo nono, Dominus Simeon filius Gamalielis, & Doctor Iſmaël filius Eliſæi ſacerdotis magni, cum cæteris.

Seculo decimo, Doctor Joannes f. Zachæi, D. Eliezer f. Jacobi, & reliqui iſtius ætatis ſapientes.

Seculo undecimo, Eliezer filius Hyrcani, & Doctor Joſua filius Hananiæ, Doct. Eleazar fil. Arachi, & reliqui iſtius ætatis.

Seculo duodecimo, Doctor Tarphon, D. Akiba, D. Eleazar f. Azariæ, aliique plurimi.

Seculo decimo-tertio, Doct. Meïr, Doctor Judas, Doct. Joſe, & Dominus Simeon, cum reliquis iſtius ætatis ſapientibus.

Seculo decimo-quarto, D. Judas princeps (is eſt Doctor noſter ſanctus) & D. Iſmaël fil. Doct. Joſes Galilæi, & alii quam plurimi. Hi ipſi ſunt Miſnicorum poſtremi.

Sequentes ſunt ſapientes Gemaræ ſecundum ætatum ſeriem diſpoſiti.

Primo ſeculo vixerunt, Doct. Hija, D. Oſchaja, Levi, & f. Kapparæ, cum aliis multis.

Seculo ſecundo, D. Johannes, & Reſch Lakiſch, cum ætatis ſui ſapientibus.

Seculo tertio M. Houna, M. Judas, M. Nahman, M. Aſe & Oula, atque ejus ætatis homines.

Seculo quarto, M. Haſda, & Rabba f. Nahmanis, M. Joſeph, & M. Scheſchath cum cæteris.

Seculo quinto, Abæus & Raba, aliique plurimi.

Seculo ſexto, M. Papa, M. Pepi, M. Houna f. Doctoris Joſuæ, M. Jemar, M. Zabid, & cæteri ætatis iſtius homines.

Seculo ſeptimo, M. Cahna & Rafram f. Papæ, item Amimar & Mar-Zoutra, D. Aſe & Rab Ina: qui hunc Gematicorum ordinem claudunt. Signa iſtorum habes Pſal. 73. 17. *Donec ingreſſus eſſem in ſanctuaria Dei, animadvertiſſem finem iſtorum.*

הדור השנים עשר רבי טרפון ורבי עקיבא ורבי אלעזר בן עזריה והרבה זולתם ·

הדור השלשה עשר רבי מאיר ורבי יהודה ורבי יוסי ורבן שמעון וחכמי דורם ·

הדור הארבעה עשר רבי יהודה הנשיא הוא רבינו הקדוש ורבי ישמעאל בנו של ר' יוסי הגלילי וזולתם הרבה והם הם סוף התנאים ·

ואלו הן חכמי הגמרא לדורותם.

הדור הראשון רבי חייא ורבי אושעיא ולוי ובר קפרא ורבים זולתם ·

הדור השני רבי יוחנן וריש לקיש וחכמי דורם ·

הדור השלישי רב הונא ורב יהודה ורב נחמן ורב אסי ועולא ואנשי דורם ·

הדור הרביעי רב חסדא ורבה בר נחמני ורב יוסף ורב ששת וזולתם ·

הדור החמישי אביי ורבא וזולתם הרבה ·

הדור הששי רב פפא ורב פפי ורב הונא בריה דר' יהושע ורב יימר ורב זביד ואנשי דורם ·

הדור השביעי רב כהנא ורפרם בר פפא ואמימר ומר זוטרא ורב אשי ורבינא והם סוף הוראה · וסימנך עד אבא אל מקדשי אל אבינה לאחריתם ·

Hic

מקדשי סימן לרב אשי אבינת סימן לרבינא · לאחריתם אחרית האמוראים · ומהם ובהם נסתם ונחתם הגמרא · אחריהם עמדו רבנן סבוראי ואלה שמותם רב אחא ורב גביהה ורב אחדבוי והרבה זולתם · ואחרי רבנן סבוראי עמדו הגאונים גאוני עולם רב יהודה גאון ורבינו נתנאל ורבינו האיי ואחרים הרבה ואחריהם בכל דור ודור חכמי' ונבונים וידועי' ז"ל · ושלשלת הקבלה מהתנאים והאמוראים איש מפי איש הלא היא כתובה על ספר הישר. להרמב"ם בפתיחת חבורו הגדול ·

Hic *Sanctuaria* M.Aſon deſignat: vox Hebræa *Animadvertiſſem* ſignum continet Rabinæ:verba *Finem iſtorum* deſignant finem authorum Gemaræ. Ab iſtis & in iſtis abſoluta ac obſignata fuit Gemara. Poſtea ſequuti ſunt Domini Seboræi : qui alias conjecturas propoſuerunt,quorumq; hæc ſunt nomina: M. Aha, M. Gebiha, & M. Ahadboui, aliique plurimi. Deinde ſubſequuti fuere Sublimes(q.dicas Altiſſimos totius mundi) M.Judas Sublimis, D.noſter Nathanaël,& D.noſter Haï,cum aliis multis. Deniq; ſingulis ſeculis ſubſequuti ſunt ſapientes, intelligentes, rerumque periti, quorum celebretur memoria. Sed ſucceſſionis ſeries,qua cum Miſnici,tum Gemarici alii ab aliis ſua excepere, annon conſignata eſt *libro recti* D.M.F.Maimonis in præfatione ſyntagmatis ſui magni.

הפרק השלישי

בכינויו החכמים אשר לא נקבו בשמות אחרי' אומרים רבי מאיר ; וי"א רבי נתן · והעלו להם אלו השמות משום מעשה שהיה בסוף הוריות שבקשו לזלזל ולעקור כבודו של רשב"ג נשיא ישראל וקנסיתהו דלא לימרו שמעתתא משמיהו · ואסיקו לרבי מאיר אחרים · ולרבי נתן י"א ; והיה קשה למורי החכם נ"ו על זה הכלל קושיא נצחת שהרי נמצא בהדיא

Caput III.

De ſapientum epithetis, quorum nomina non exprimuntur. Quum occurrit, *Alii dicunt*, deſignatur D. Meïr: quum verò invenitur, *Sunt qui dicant*, denotatur D. Nathan. Et hæc ipſis epitheta impoſuere propter factum illud, quod ſub finem הוריות legitur: ſcilicet quia D. Simeonis f. Gamalielis, qui princeps erat Iſraëlis, famam lædere & laudes eripere conati ſunt. Idcirco hac eos pœna mulctarunt, ne ulla doctrina ex ipſis nomen haberet: quapropter decreverunt, ut pro D. Meïr diceretur, *Alii:* & pro D.Nathan, *Sunt qui affirment*. Magiſtro autem meo ſapienti illi (quem cuſtodiat Deus miſericors & liberet) hoc generale pronûntiatum difficultatem movebat inſolubilem. Siquidem mul-

tis locis invenitur, ut quum legitur *Alii*, D. Meïr unà ſimul in eadem Baraita nominetur. ſicut C. ברכות cap. *Tres qui edunt*, apud verba, *Quinam ſunt idiotæ?* ubi legimus *Diſſentiunt alii & D. Meïr*: & ſimiliter locis aliis. Deinde in exoticis ſive Baraitoth reperi quod dicatur, quandocunque D. Meïr ſua verba profert nomine Eliſæi f. Aboujæ, qui cognominatur *Alius*; tum hæc de eo reperiri, *Alii dicunt*: ſed additamenta dicunt, hic *Alii* non eſt D. Meïr. Ita ſimiliter ſæpius occurrit, *Sunt qui dicant*: cùm tamen D. Nathan non deſignetur. Vbicunque reperis, *Nomine D. Iſmaëlis diſcipulus aliquis dixit coram D. Akiba*; confirmatur cap. 1. Cod. ערובי' eum eſſe D. Meïrum, qui utrique in ſchola miniſtravit. Cap. 1. Cod. סנהדרין dicitur, ubicunque reperitur, *Qui judicant coram ſapientibus*, hos eſſe Simeonem f. Azæi, Simeonem f. Zomæ, Annam Ægyptium, & Ananiam. *Doctores noſtri qui ſunt in terra Iſraëlis*, deſignant D. Aham. *Magiſtri noſtri in Babylonia*, deſignant Rabum & Samuelem. *Diſcentes coram ſapientibus*, invenitur quum Levi, qui à Rabo inſtitutus fuit, indigitatur. *Iudices captivitatis*, de Karna dicitur. *Iudices terræ Iſraëlis*, ſunt D. Ami & M. Aſe. *Iudices Souræ*, M. Houna, & D. Iſaac. *Iudices Phoumbeditha*, M. Papa f. Samuelis. *Iudices Nahardeæ*, M. Aha f. Manjumæ. *Seniores Souræ*, M. Houna & Mag. Haſda: *Seniores Phoumbeditha*, Ena & Abimi f. Rahbæ. *Gemarici Phoumbeditha*, Rabba & M. Joſeph. *Gemarici Nehardeæ*, M. Hama. *Dicunt familiares Rabi*, idem eſt ac ſi dicatur M. Hammenouna. *Dicunt in Occidente*, Doctor

מקומות דתני אחרים ורבי מאיר גבי הדדי בברייתא אחת בברכות פרק שלשה שאכלו גבי איזה עם הארץ דפליגי אחרים ורבי מאיר וכן במקומות אחרים · אחר כך מצאתי בברייתות שאומר שכשהיה ר״מ אומר דבריו בשם אלישע בן אבויה אשר בשם אחר יכונה אז היו אומרים עליו אחרים אומרים והתוספות כתבו הך אחרים אין זה ר״מ · והכי נמי איכא . טובא י״א שאינו רבי נתן · כל מקום שאתה מוצא משום רבי ישמעאל אמר תלמיד אחד לפני רבי עקיבא מוכח פ״ק דערובין שהוא רבי מאיר אשר שמש את שניהם בישיבתו · פ״ק דסנהדרין כל היכא דאיכא הדנין לפני חכמים הם שמעון בן עזאי ושמעון בן זומא וחנן המצרי וחנניה · רבותינו שבארץ ישראל רבי אחא רבותינו שבבבל רב ושמואל · למדין לפני חכמים לוי מרבי · דייני גולה קרנא · דייני ארץ ישראל רבי אמי ורב אסי · דייני דסורא רב הונא ורבי יצחק · דייני דפום בדיתא רב פפא בר שמואל · דייני דנהרדעא רב אחא בר מניומי · סבי דסורא רב הונא ורב חסדא · סבי דפום בדיתא עינא ואבימי בני רחבה · אמוראי דפום בדיתא רבה ורב יוסף · אמוראי דנהרדעא רב חמא · אמרי בבי רב · רב המנונא · אמרי במערבא רבי

Jere-

ירמיה ׃ אמרו עליו במערבא ׃ רבי חנינא · שלחו מתם רבי אליעזר ׃ סיני הוא רב יוסף עוקר הרים רבה חברו ׃ ונקראו כן לפי שרב יוסף היה בקי במשניות כנתינתם מסיני · ורבה היה חריף ומפולפל ׃ קטינא חריך שקי · הוא רבי זירא · ונקרא כן לפי שהיה בודק את עצמו בכבשן של אש אי שלטא ביה אור של גהינם · יומא חד יהבו ביה רבנן עינייהו ואיחריכו שקיה ומהאי טעמא אסיקו ליה האי שמא· וקטינא לפי שרב זורא איש קצר היה כדאיתא במציעא פרק השוכר ׃ רבא חבירו של אביי באלף בלא דגשות הבית· ורבה חברו של רב יוסף כתוב בהא בדגשות הבית· והוא רבו של אביי ושל רבא ושם אביי נחמני כידוע בהרבה מקומו' בגמרא ונקרא אביי לפי שהיה שם אבי רבו נחמני והוא ·רבה בר נחמני המפורסם בגמרא ומפני כבוד אביו שלא לקרותו בשמו ואפילו לאדם אחר ששמו· כשמו החליף לו שמו וקראו בזה הכינוי אביי רמז ששמו כשם אביו · וי״א להפך דעיקר שמו אביי הוה ועל שם שגדלו רבה בר נחמני בתוך ביתו ולמדו תורה שהיה יתום השיאו את שמו נחמני על שם

Jeremias. *Dicunt de ipſo in Occidente,* D. Hanina. *Mittant inde,* D. Eliezer. *Sinai,* M. Joſeph. *Eradicans montes,* Rabba ſocius ipſius. Atque hinc hujuſmodi epitheta aſſequuti, quod M. Joſeph conſtitutionum ſive Miſnajoth tam peritus eſſet, ut eas eo modo, quo in Sinai traditæ erant, cognoſceret; Rabba verò acutus & ſubtilis audiret. *Parvus aduſtus crure,* is eſt D. Zera: indeque nomen habet, quod in accenſa fornace ſui experimentũ faceret, num in ſe quidpiam poſſet ignis gehennæ. Certo quodam die Doctores torvè ipſum intuiti ſunt: unde crura ejus aduſta fuere: atq; hac de cauſa hoc illi nomen impoſuere. *Parvus* autem dicebatur, quia D. Zera brevi erat ſtatura: quemadmodum legimus Cod. מציע' cap. *Qui conducit.* Raba ſocius Abæi cum א ſcribitur abſque dages literæ ב: at Rabba ſocius M. Joſephi, cum ה in fine, & ב dageſſato. Is Abæi & Rabæ præceptor fuit (& ſicuti è multis Gemaræ locis liquet, Abæi nomen erat Nahmani.) Vocabatur autem iſte, Abæus, quia ſui præceptoris pater dicebatur Nahmani: nam Rabba erat f. Nahmanis, qui in Gemara celebris eſt. Itaque ob patris ſui gloriam, ne diſcipulum nomine ejus vocaret, etiam homini extraneo qui idem habebat nomen, nomen mutavit, ipſique Abæi cognomen indidit: hoc obſcurè indicans ejus & patris nomen idem eſſe. At quidam contrarium aſſerunt: primarium nomen fuiſſe Abæum; ſed quia Rabba filius Nahmanis eum in familia ſua educaverat, & legẽ docuerat, quod pupillus eſſet; inſigne ipſi nomen indidiſſe, ſc. Nahmani, quod

שם אביו וכן פרשי בגיטין ׃ רבה בר אחוה דרבי חויא דאיהו בר אהתיה דרבי חייא ׃ כדאיתא פרקא קמא דפסחים ועיקר שמו אבא ותלמידיו קורין לו רב ורבי חייא קורא לו בר פחתי כלומר בן נשיא כלשון האחשדרפנים והפחות ׃ והוא היה קורא לר' חייא חביבי כלומר יקירי ואוהבי או דודי תרגום דודו אח אבוהי והבליעו אותיות אך למחסור כמנהגם בקצור ׃ שמואל היו קורין לו אריוך על שם שהלכה כמותו בדיני. ואריוך מלך היה ודינא דמלכותא דינא ׃ אן נמי משום דכתיב אריוך מלך אלסר כלומר שמואל היה מלך בכולהו מילי אלא באיסור דלית הלכתא כוותיה כמו שאני עתיד לזכור בע״ה וכן היו קורין לו שבור מלכא ׃ ושמואל הוה רגיל לקרוא לרב יהודה תלמידו שיננא ׃ בכתובות פרק נערה וכן בהרבה מקומות ׃ ור״ל שיננה חכם מחודד ׃ כל רב יהודה סתם הוא רב יהודה בריה דרב יחזקאל ׃ וכל רבה סתם הוא רבה בר נחמני ׃ ורב נחמן סתם הוא רב נחמן בר יצחק לדעת רש״י בגיטין פרק כל הגט ׃ ולדעת התוספות הוא רב נחמן בר יעקב ׃ והרוצה לעמוד על עיקר ראיותיהן בזה יעיין שם

fuerat nomen patris.ſic explicat D. S.Jarchi C. גיטין. *Rabba*, is erat D.Hijæ ex fratre nepos, atque etiam ejuſdem ex ſorore nepos: ſicuti legitur cap. 1. Cod. פסחים. Præcipuum nomen fuit Aba: at à diſcipulis dicebatur Rab; à Doctore Hija verò, *Filius ducis mei*, fermè ac ſi diceretur, filius principis: ex illo *Satrapæ & duces*. Ipſe autem D.Hijam nuncupabat Habibi: ac ſi diceretur, qui mihi in pretio es & dilectus, aut patruus meus: nam Chaldæo *Patruus ejus* redditur *frater patris ejus*; ſed abſorptæ ſunt literæ quædam (ſc. duplex א &c.) tantum ad contractionē, pro more in abbreviando recepto. Samuel dictus fuit Arjochus: quia in juribus ipſius ſententia prævalebat; & Arjochus regis erat nomen, regni autem jus revera jus cenſetur. Si etiam velis, quia legimus Gen. 14. 1. *Arjochus rex Ellaſaris*: q. d. Samuel rex erat in ſingulis ſententiis; ſi interdicta excipias, ubi ſecundum ipſius ſententiam ritus non obtinet, quemadmodum, favente Deo, docebo. Ideoq; dictus idem fuit, fractura Regis. Huic S. moris erat ut M. Judam diſcipulum ſuum vocaret Scheninam (Cod. כתובות cap. *Puella*, & alibi ſæpius) ac ſi dicas ſapientem magni acuminis. Vbi ſimpliciter occurrit *M. Iudas*, intelligitur M. Judas fil. Magiſtri Ezechielis: ubi ſimpliciter ſive præciſè, *Rabba*, Rabba f. Nahmanis. Vbi præciſè *M. Nahman*, ex ſententia D. S.Jarchi in גיטין cap. *Omnis libellus repudii*, intelligitur M. Nahman f. Iſaaci: ſed in additamentis, M. Nahman f. Jacobi eſſe dicitur. Qui rationum fundamentum hac in re examinare cupit, inſpiciat ad-

dita-

בתוספות׃ וכאן אין מקום להאריך׃
רב הונא הוא תלמידו של
שמואל כמפורסם בהרבה מקומות
בגמרא · ויש רב הונא אחר שהיה
רבו כדמשמע פרקא קמא דחולין
בעא מיניה שמואל מרב הונא
מנין לטתעסק בקדשים שהוא
פסול וכן במקומות אחרים׃ קהלא
קדיש' הם רבי שמעון בן מנסיא
ורבי יוסי בן משולם שהיו
משלשים יומותם שליש בתורה
שליש בתפלה שליש במלאכה·
בנן של קידושין ׃ הוא רבי מנחם
בר סימון ואמאי קרו ליה בנן
של קידושין דלא הוה מסתכל
אפילו בצורתא דזוזי כדאיתא
בעבודת אלילים ׃ כל היכא דאיכא
תני רב ספרא משום חד דבי
רבי חד המיוחד בבניו ומאי ניהו
רבן גמליאל · רבי יהודה ה
הנשיא הוא רבינו הקדוש שחבר
המשנה ואיכא אחרינא רבי
יהודה נשיאה ואמורא הוה
כדמוכח בעבודת אלילים פרק אין
מעמידין · אמרו ז"ל גדול מרב
רבי · וגדול מר' רבן· וגדול
מרבן שמו · כמו שמעון הצדיק
שמעיה ואבטליון שנקראו כן
מרוב מעלתם כדרך הנביאים
שאין מכנין אותם ׃ כל רב ומר
מבבל · וכל רבי מארץ ישראל·
לפי שבארץ ישראל היו סומכין

D לדון

ditamenta in locum citatum: non enim hic locus, ut plura addantur, permittit. *M. Houna* eſt diſcipulus Samuelis; ſicut paſſim in Gemara pervulgatum eſt. Eſt & alius M. Houna, nempe Samuelis præceptor: quod his diſcitur verbis Cod. חולין cap. 1. *Quæſivit Samuel è M. Houna, Vnde occupato in ſanctis liquet, illud eſſe vitiatum.* Sic alibi. Quum verò dicitur *Cœtus ſanctus*, intelligitur D. Simeon f. Menaſiæ, & D. Joſe f. Meſchullami: qui vitæ ſuæ partem tertiam legi, tertiam precibus, denique tertiam operæ impendebant. Per *filios ſanctorum* denotatur D. Menahem f. Simonis. At quare hoc nomine venit, ſc. *Filii ſanctorum?* Quod ne quidem ad pecuniæ imaginem oculos conjiceret: uti videre eſt Cod. de Idolol. Vbicunque legitur, docet M. Saphra verbis unius ex familiaribus Ribbi: *unus* iſte eſt, qui inter ejus filios dotibus excellebat. At quis ille? Dominus Gamaliel. *D. Iudas princeps*, eſt D. noſter ſanctus, qui Miſnajoth compoſuit. Eſt & alius Judas princeps, ſed ex authoribus Gemaræ: uti Cod. de Idolol. oſtenditur cap. *Non conſtituunt.* Pronunciant ſapientes L. M. *Magiſtro Doctor major eſt; Doctore Dominus; at Domini titulo præſtat nomen proprium.* Vt Simeon juſtus, Schemaja, & Abtalion, qui ſic excellentiæ cauſa ſuis tantum nominibus veniunt: quemadmodum etiam Prophetis titulos non præmittunt. Semper Magiſter & Præceptor de iis accipiuntur, qui è Babylonia gradũ acceperunt: uti quoties occurrit Doctor, de eo qui in terra Iſraël eſt promotus. Nam in Canaane manuum impoſitio idoneos reddit, ut de

pœnalibus juribus decernant: quos Doctores vocant. Nam ſcriptum eſt Exod. 22. 9. *Ad ipſos magiſtratus venito negotium amborum:* at non eſt ullus magiſtratus niſi qui judiciorum peritus manuum impoſitione gradum adeptus eſt, uti è Sanedrin liquet. Hinc eſt, quod multis Gemaræ locis reperias, M. Zera, & D. Zera: cujus hæc eſt explicatio Cod. כתובות, eum antequam in terram Iſraëlis aſcendiſſet, dictum fuiſſe M. Zeram; at poſtquam eò perveniſſet, poſt manuum impoſitionem vocatum paſſim Doctorē Zeram. Cæterum de ſapientibus Miſnæ nullibi invenimus, quenquam Magiſtrum vel Præceptorem dictum fuiſſe. *M. Mari* dicebatur f. Rachelæ. Hæc Samuelis erat filia, eamque captivam in uxorem duxerat alienigena, factus poſtea proſelytus (nomen ipſi Iſſoutgiora.) cum ergo M. Marim ante nuptias concepiſſet, honoris cauſa à matre filium omnes cognominarunt.

Quum præciſè commemoratur *Miſna*, intelligitur D. Meïr; præciſè *Additio*, D. Nehemias; præciſè *Narratio* (ſive Lev. exp.) D. Judas; præciſè *Narrationes* (Num. &c.) D. Iſmaël. Qui omnes D. Akibæ mentē exprimebant, quod ejus fuiſſent diſcipuli. Hujuſmodi abſolutè & præciſè proponuntur: quia Ribbi Miſnam abſolute & præciſe ſecundum iſtorum ſententiam proferre ſolet. Attamen quandoque evenit, ut Gemara aliorum ſententiam abſolutâ Miſchnâ exprimi ſtatuat: quemadmodum dicitur Cod. מגלה. *Hæc D. Menahem f. D. Ioſes verba ſunt Miſchna abſoluta:* & alibi paſſim ſimilia. Quoties *D. Ioſua* ſimpliciter in Miſchna cōmemoratur,

לדון דיני קנסות וקורין אותו רבי דכתיב עד האלהים יבא דבר שניהם · ואין אלהים אלא מומחה ומוסמך כדאית' בסנהדרין וזהו שתמצא בגמרא בהרבה מקומות רב זירא ורבי זירא ומפרשים בכתובות שקודם שעלה לארץ ישראל היו קורין לו רב זירא ולאחר שעלה תסמך נקרא רבי זירא ולא מצינו בחכמי המשנה מי שנקרא רב · ומרי · רב מרי בר רחל בת שמואל היתה תשבית תשאה נכרי נתגייר ושמיה איסור גיורא ורב מארי הורתו שלא בקדושה היתה ומחמת כבודו יחסוהו על שם אמו ·

סתם מתניתין רבי מאיר · סתם תוספתא רבי נחמיה · סתם ספרא רבי יהודה · סתם ספרי רבי ישמעאל · וכולהו אליבא דרבי עקיבא משום דכולהו תלמידייהו הוו וסתמה דרבי הוה רגיל למסתם אדעתייהו דהני · אבל זימנין דקים ליה לגמרא שיש משניות נסתמות על דעת אחרים כדאמרינן במגלה זו דברי רבי מנחם ברבי יוסי סתמתאה וכיוצא בו ב במקומות אחרים · כל רבי יהושע סתם האמור במשנה הוא

is eſt

רבי יהושע בן חנניה · רבי אליעזר סתם הוא רבי אליעזר בן הורקנוס· רבי יהודה סתם הוא רבי יהודה בן אלעאי ׃ רבי שמעון סתם הוא רבי שמעון בן יוחאי · יוחנן כהן גדול הוא יוחנן בן מתתיה שהיה בימי חשמונאי ובניו · רבי יהושע בן קרחה בנו של רבי עקיבא היה ונקרא כן לפי שרבי עקיבא קרח היה כמו שאמר עליו רבי אלעזר בן עזריה כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה · כל מעשה בחסיד אחד הוא רבי יהודה בר אלעאי רבי מאיר הוא ר' נהוראי שהיה מאיר ומזהיר פני חכמים בהלכה ושמו רבי נחמיא כדאיתא בערובין פ״ק · כל רבי אלעזר סתם האמור בגמרא הוא רבי אלעזר בן פדת·

is eſt D. Joſua f. Ananiæ: *D. Eliezer* ſimpliciter, D Eliezer f Hircani. *D. Iudas* præciſe, is D. Judas f. Elaxi. *D. Simeon* præciſe, is D. Simeon f. Johæi. *Iohannes* ſacerdos maximus, is Joannes f. Mattathiæ, qui Macabæi filiorumque temporibus vixit. *D. Ioſua f. Calvitii*, D. Akibæ erat filius, ita dictus quia D. Akiba calvus erat: quemadmodum de eo teſtatur D. Eleazar f. Azariæ, Omnes Iſraëlis ſapientes coram me ſunt inſtar putaminis allii cujuſdam, hoc calvo excepto. Quoties occurrit, *Exemplum habemus in pio quodam*, denotatur D. Judas f. Elaxi. *D. Meïr*, is eſt D. Nehoræus: qui iſtis nominibus cognominatus fuit, quia ſapientibus in ritibus facem ac lucem præferebat. alias nomen erat D. Nehemias: ut dicitur cap. 1. 'ערובי. Omnis *D. Eleazar* præciſe commemoratus in Gemara, is eſt Doct. Eleazar f. Pedathi.

שער השני

בדרכי הגמרא וחלקתיו לשני פרקים

הפרק הראשון בהוראת המלות והלשונות אשר בסוגיות הגמרא שונות ·

הפרק השני ברגילות קושיות על נכונה ומשאו ומתנו באמונה ומוצאיו ומובאיו וכל ענייניו דבר דבור על אופניו·

TRACTATVS II.

De formulis Gemaræ: quem in duo diſtinxi capita.

Primo capite docentur voces ac phraſes, quæ in Gemara paragraphis occurrunt diverſæ.

Capite ſecundo exhibetur conſuetudo ac modus legitimè objiciendi, & ritè ac ordinatè de rebus in Talmude conferendi, denique rem propoſitam pertractandi: atque de ſingulis huc pertinentibus omnia verba aptè diſpoſita ſunt.

הפרק הראשון

כל מתיבי ורמיתהי ומתקיף והוינן לשון קושיא הם אלא שהם מתחלפים בענין דלשון תיובתא שייך בשהמקשה משיב על האמורא מכח משנה או בריתא כי האמורא אין לו כח לחלוק על התנא ומצינו לשון תיובתא על התנא מן הפסוק׃ בעא פרק אין מעמידין במחלוקת ר' אלעזר ורבנן׃ מתיבי ויאמר משה גם אתה תתן בידינו וגו' וכן במקומות אחרים׃ ולשון רמיה כשמקשה ומשליך משניות ובריתות הסותרות זו לזו וכן שייך האי לישנא כשמקשה פסוקים זה על זה רמו קראי אהדדי בהרבה מקומות׃ ולשון התקפתא שייך כשמקשה ומשיג האמורא את חברו מכח פלפול וסברא בעלמא ולא מכח משנה ובריתתא וכן הוא ענין פריך ומגדף הנמצא בהרבה מקומות כגון פריך רב אחאי בפרק החולץ׃ ומגדף בה רבי אבהו פרק אין מעמידין ומפני שנוי וזרות הלשון שלא נמצא כן בחבור האמוראים רבינא ורב אשי יש מי שאומר דהנך רבנן׃

Caput I.

Quoties hæc occurrunt, Excipiunt, Opponunt iſtud, Impugnat, Diſputamus, denotatur objectio, ſed cum differentia quadam. Quia exceptionis ſive confutationis vocabulum quadrat, cum objiciens adverſus Gemaricum Doctorem excipit per Miſnicam aut Exoticam doctrinam: nam Gemaricus Doctor contra Miſnicum venire non poteſt. verum exceptionis vocabulum etiam invenitur, ubi ex ipſa Scriptura contra Miſnicum Doctorem objicitur. Ex.gr. Cod. de Idolol.cap. *Non conſtituunt*, in controverſia R. Eleazari & Magiſtrorũ, Excipiunt, at dixit Moſes Ex. 10. etiam tu in manus noſtras dabis, &c. ſimiliterque aliis locis. Porrò vox Opponendi locum habet, ubi quis difficultatẽ movet & profert conſtitutiones Miſnicas & Exoticas, quæ ſeſe mutuo oppugnant: paritèrque vox iſta quadrat, quum Scriptura Scripturæ opponitur: ubi dicunt, *Opponunt Scripturas alteram alteri*, idq; multis locis. Porrò Impugnandi vocabulum quadrat, ubi Gemarici Doctores alter alterum ingenioſa inventione & conjectura communi impugnant & carpunt; non autem virtute ipſius Miſnæ, aut Baraitæ, ſive exoticæ doctrinæ. Similis eſt ſignificatio vocis Infringit, & Traducit, quæ multis locis invenitur. Ex. gr. *Infringit Magiſter Ahaus*, capite, *Qui calceum exuit*: & capite, Non conſtituunt, *Illud traducit Doctor Abhou*: verumenimverò ob ſermonis diverſitatem & peregrinitatem, quia talis in Gemaricorum Rab Inæ & M. Aſis ſyntagmate non invenitur, ferunt quidam hos Magi-

ſtros,

רב אחאי ורבי אבהו לאו אמוראי נינהו אלא מרבנן סבוראי הן שהוסיפו קצת תוספות בגמרא כגון בתחלת קדושין שכל ה הגמרא עד כסף מנ״ל מדברים שהוסיפו הוא וכמו שהזכרתי בפרק ראשון מהשער שעבר בס״ד ׃ ומצינו מתקיף שאינו מקשה לשום אדם אלא לעצמו שהוא תמה בעצמו על דבר משנה ויודע שהוא אמת אלא שמתמה לדעת טעמא כגון בריש ה המפקיד · מתקיף לה רמי בר חמא הא אין אדם מקנה דבר שלא בא לעולם וכו' · ופרש״י ז״ל מתקיף לה רמי אמתני' קא מתמה והא אין אדם מקנה דבר שלא בא לעולם וכו' והדין עמו לפרש כן שהרי לא דבר אמורא לפניו · ועל כרחין המשנה אמתי׃ ומ״ס הכריתות רוצה ליישב השיטה כשאר מתקיף דעלמא ואומר דרמי מקשה על לשון הגמרא דעביד התם צריכותא אי תנא בהמה הות אמינא בהמה הוא דמקנה לא כפילא וכו' כלומר הבעלים לא מקנו ליה לשומר כפל וכו' · אם כן תלי טעמא בקנין ועל זה מתקיף והא אין אדם מקנה דבר שלא בא לעולם ואמתניתין גופא לא קשה דהוה אמינא טעמא דמתניתין דקתני

ſtros, M. Ahæum & D. Abhou Gemaricos nõ eſſe; ſed è D.Diſputatoribus quoſdam, qui additamenta quædam Gemaræ inſeruerunt. Sicuti initio Cod. 'קדוש ubi tota Gemara uſque ad hæc, *At iſtud de argento unde nobis conſtat*, eorum verba complectitur, qui additamenta conſcripſere: quemadmodum Dei auxilio præcedentis tractatus cap. primo memini. Invenire etiam eſt verbum Impugnat de eo, qui neminem impugnat præter ſeipſum: qui in ſeipſo Miſnæ verba demiratur, quæ veriſſima agnoſcit; ſed miratur quæ ratio ſubeſſe queat. Sicuti initio c. *Qui deponit*, Impugnat illud Remis filius Hamæ, Ecce, nemo rem acquirit, quæ mundum ingreſſa non eſt &c Quæ ſic explicat D.Salomõ Jarchi l. m. Remis impugnans illud, cum Miſnæ admiratione inquit: Atqui nemo rem acquirit, quæ nunquam fuit &c. Et cum ipſo ſtat æquitas, ut ſic exponat: nam ecce nullius Gemarici Doctoris ſermo præceſſit; & velint nolint Miſna veriſſima eſt. Nihilominus author libri Kerithouth ita hanc formulam diſponere vult, ut *Impugnat*, vulgata notione ſumatur. Dicit igitur, Remem diſputare contra Gemaram, quæ iſtic neceſſitatem infert: hoc modo, Si legeretur, *Animal*, dicerem animal eſſe in quo duplum illi non acquiritur &c. quaſi dicas, Poſſeſſores non acquirunt ipſi cuſtodi duplum &c. Si ita ſe res habeat, ratio in acquiſitione conſiſtit, eamque ſic oppugnat, Atqui nemo rem acquirit, quæ in rerum natura nunquam fuit: ipſas autem Miſnajoth non impugnat. Nam reſponderem, Miſnæ rationem in eo con-

דקתני נמצא הגנב משלם למי שהפקדון אצלו דלא תלו בקנין אלא בתקנת חכמים הוא כמו ההיא דלעיל השוכר את הפועל ולקט בנו אחריו · ועוד האריך וזהו מכוון דבריו. ב בקצרה ׃ ולשון הויה היא סוגית הגמרא ומשא ומתן בדברי המשנה כדאמרינן בעלמא הויא דאביי ורבא הוי בה רבי אבהו הוי בה רבי יוחנן והוינן בה· והרבה מוצא בהן·

כל היכא דאתמר והתנן והתניא קושיא היא ולפרוקי קאתי ופעמים תמצא והתנן והתניא סיוע ׃ וההפרש שיש ביניהם שאותו שהוא קושיא כתיב בלא אלף ובתמיה קרינן ליה ׃ ואותו שהוא סיוע כתיב באלף ובניחותא קרינן ליה. וכן אומר רש״י בפ״ק דק״מ והא תניא בניחותא גרסינן ליה וכן בהרבה מקומות · וה״ק והא תניא והא לך סיוע וסעד מדתניא וכו׳ ופעמים תמצא תנן בלא ה״א ובלא א׳ קושיא וזה כשמקשה ממשנה שאנו עומדים בה ותמצא זה בהרבה מקומות אין מספר · כל קס״ר שבגמרא הוא לגלות היסוד שעליו

ſiſtere quod legatur, Si fur deprehenſus fuerit, iſti ſolvat penes quem res depoſita eſt. Quod ab acquiſitione non dependet; ſed ſapientū conſtitutione nititur: quemadmodum illud, de quo ſupra, Qui mercede conducit operarium, poſt quem filius colligat, &c. Plura quidem addit author ille; ſed hæc mens eſt verborum ipſius paucis propoſita. Vox Diſputationis ſermocinationem Gemaræ & collationem de verbis Miſnæ ſignificat. ſicuti vulgo dicimus, Diſputatio Abæi & Rabæ: contra iſtud diſputat Doctor Abhou: contra iſtud diſputat Doct. Iohannes: item, contra iſtud diſputamus: multaque his ſimilia.

Vbicunque dicitur, *At ecce legimus*; item, *At ecce legitur:* objectio denotatur, & ad impugnandum adhibetur. Quandoque tamen invenies utrumque, quum res confirmatur: cum hac in uſu diverſo differentia, ut quum objectio notatur, vox poſterior א non habeat, & cum admiratione legatur; at quum res confirmatur, cum א ſcribatur, eamque ſimpliciter ſine admiratione legamus. Sic ſtatuit D. Salomon Iarchi cap. 1. Cod. Bavæ pr. ad verba, *Ecce legitur*; Simpliciter hoc proferimus, & ſimiliter locis plurimis. Sic etiam dicit, *Et ecce legitur*, idem ac ſi diceretur, En tibi confirmationem & patrocinium ex eo quod legitur, &c. Quandoque etiam invenies *Legimus* abſque ה, ubi nulla objectionis nota: cum ſcil. ex ea Miſna objicitur, in qua occupamur. quod multis ac infinitis locis invenitur. Quoties in Gemara invenitur, *Tibi in mentem veniet*; fundamentum retegitur, cui objiciens

ſuam

בנה המקשה קושייתו וקס"ד ר"ל דעת המקשה ובמסקנא לא קאי הכי ׀ וזה תמצא בריש פסחים קס"ד מאן דאמר נגהי נגהי ממש ואסיקנא ל"ע אור א אורתא הוא וכן בריש ברכות קס"ד בני אדם היינו עניים וכו' ומסיק בני אדם לאו היינו עניים ודכוותייהו בכמה דוכתין וקרוב לזה הוא וסברוה במציעא פרק אלו מציאות וכן בהרבה מקומות · ור"ל וסברוה בני ה הישיבה שהקשו ושאמרו דבר זה · ורוב וסברוה שבגמרא לא קאי הכי במסקנא אלא שבקצת מקומות יש וכברוה דהכי קאי פ"ק דבתרא ס סברוה מאי מחיצה גודא וכו' ומסקנא נמי עומד כך ודכוותה טובא ·

וכל דקרי לה אמאי קארי לה לשון קושיא הוא ועניינו לתת התלות סברא למקשה שאין הקושי' פשוטה כל כך כאשר נראית ׀ וה"ק ודקרי לה אמאי קרי לה ואותו שהקשה קושיא זו מה עלתה על רוחו להקשות וכי לא ידע ולא ראה שאין הקושיא כלום ׀ וכן פרשי בכתובות פרק אלו נערות · וכל זה יתכן שהוא דברי בעל הגמרא רוצה לומר מסדר הגמרא ·

ſuam objectionem inædificat: & hiſce, *Tibi in mentem veniet*, objicientis mentem intelligimus. neq; hæc in concluſione manet. Id reperies initio Codicis Peſah: In mentem veniet, eum qui dicit lucem, lucem ipſam intelligere: at concludimus, totum mundum per אור *lucem* intelligere veſperam. Similiter initio Berachoth: Forte tibi in mentem veniet per filios hominum deſignari pauperes &c. At concluſio eſt, filios hominum non eſſe pauperes. His ſimilia multis locis occurrunt. Non multum differt, *Sic conjiciunt*: ut Cod. Bava media, cap. *Hæc inventa*, aliiſque locis plurimis. ſignificare autem volunt, Hoc conjiciunt Academici, qui dum objiciunt, hoc dicunt. Sæpiſſime autem de quo in Gemara dicitur, *Hoc conjiciunt ſive opinantur*, in concluſione non manet: quibuſdam tamen locis invenitur, *Sic conjiciunt ſive opinantur*, ubi id concluſione affirmatur. Vt cap. 1. C. Bavæ poſtremæ: *Sic conjiciunt, quid eſt intergerinus? paries* &c. Atque talis etiam concluſio. Multaque occurrunt ſimilia.

Quoties dicitur, *Quod ſibi legit, quare legit?* eſt objectionis formula: quo hoc intenditur, ut, unde objicientis opinio dependeat, proponatur: quia objectio tam plana non eſt, ut quidem videtur. Sic dicitur, Quod ſibi legit, quare legit? q.d. & ei qui hanc objectionem propoſuit, quid in mentem venit, ut ita objiceret? quid, annon animadvertit ac vidit, nullam eſſe objectionem. Sic expoſuit D. Sal. Iarchi, Cod. כתובות cap. *Hæ puellæ*. Omnia hæc verba convenienter authori Gemaræ tribuuntur: hoc volo, ei qui Gemaram

diſpoſuit. Nonnemo tamen hæc eſſe additamenti verba cenſet, ſc. magiſtrorum qui conjectores ſive diſputatores dicuntur: ſicuti alibi ſcripſi.

Vbi occurrit, *Hoc inter ipſos queritur*, id de Sapientibus dicitur, iiſque Academicis: qui de propoſita conſtitutione conferunt, indeq; iſta quæſtio inter ipſos exoritur.

Vbicunque hæc habentur, *In quo* ſive *quare diſcrepant?* eò tendunt, ut doceant te originem propter quam iſti ſapientes in aliqua re diſſentiunt, ut unus ratam; alter irritam faciat: è cujus principiis deinde in concluſionibus diverſa ſentiunt. Donec tandem ſtatuant, hoc vetitum; illud licitum: hoc purum; illud impurum: hic innocens; ille reus. Phraſis autem, Quare diſcrepant? id ſibi vult: quo argumento in diverſas partes abeunt? Porro ubi occurrit, *Quid hic alteri intereſt? Hic alteri intereſt:* docemur concluſionis diverſitatem, quæ è duabus rationibus profluit in re dijudicanda. Quemadmodum illud initii cod. גיטין *de libello repudii*: Quæ eſt ratio? Reſpondet Rabba, Quia non ſunt iſto reſpectu hac in re periti; at Raba, inquit, Quia teſtes iſti rei confirmandæ non reperiuntur. Hic dicimus, Quid hic alteri intereſt? Hoc alteri intereſt &c. Ecce hic difficultas eſt: tam hic qui hoc modo loquitur, quam ille qui illo modo, ambo idem omnino judicant. Si ita ſe res habeat, quid hic alteri intereſt? id eſt, quid cauſæ ut in ratione & argumento diverſè ſentiant, niſi hoc ſit, quod judicio diſcrepent, ſecundum rationum diverſitatem? Itaque redit Gemara, & ait, Hic alteri intereſt, &c. Atque Gemara his formulis omnes ſuas ripas implet.

ויש מי שאומר שהוא מתוספת רבנן סבוראי כאשר כתבתי בזולת זה׃

כל אבעיא להו הם החכמים בני הישיבה שהיו נושאים ונותנים באותה הלכה ויצאה זו השאלה מביניהם׃

כל היכא דאיכא במאי קא מיפלגי׃ להודיעך העיקר על מה שנחלקו אותן החכמים בו שאחד מקיימו ואחר מבטלו ומאותותיו נחלקו בתולדותיו עד שאמרו זה אסור וזה מותר זה טהור וזה טמא זה פטור וזה חיב׃ ולשון במאי קא מיפלגי ר״ל באי זו סברא פליגי׃ והיכא דאיכא מאי בינייהו איכא בינייהו ׃ בא להודיע הנפקותא שיש בין שני הטעמים לענין הדין כי הא דריש גיטין מאי טעמא אמר רבה לפי שאין בקיאין לשמה ורבא אמר לפי שאין עדים מצויים לקיימו ואמרינן מאי בינייהו איכא בינייהו וכו׳׃ והק׳ בין למ״ד הכי ובין למ״ד הכי הדין שוה לשניהם ׃ אם כן מאי בינייהו ומה להו לאיפלוגי בטעמא אם לא שיש הפרש בדין בין האי טעמא להאי טעמא ומהדר איכא בינייהו וכו׳׃ והגמרא מלא מזה על כל גדותיו׃

Omne

כל תסתיים · בא להוכיח
הא דלא ידעינן עד השתא
מאן אמר הא ומאן אמר ה
הא אלא חד אמר וחד אמר
אמרי ולא מסיימי וקאמר ת
תסתיים דפלוני הוא דאמר הא
מכח מימרא אחרת נמצארת
לאחד מהם ·

כל לימא כתנאי · ר״ל מי
לימא דהני תנאי פליגי ב
במלתיה דהך אמורא או ב
בפלוגתיהו דהנך אמוראי ודחיקא
ליה מלתא שיאמר האמורא
דבר סתם דלא כ״ע שאם לפסוק
הלכה לימא בהדייא הלכה
כפלוני · ומדקאמר למילתיה
סתם או פליגי סתם משמע
אליבא דכולי עלמא הוא ומשום
הכי קא מתמה ואומר לימא
כתנאי כלומר ומר [illegible] כפלוני
ומר דאמר כפלוני ואתי כל חד
וחד דלא כ״ע ומה שיש לדקדק
בשיטה זו אכתבנו בפרק הבא
בע״ה ·

כל מאי הוי עלה · קושטא
דמילתא ומסקנא דהלכתא
קא בעי דעד השתא לא פ
פסיקא לן הלכתא כמאן והק
סוף סוף מאי הוי עלה ד
דהלכתא ·

Omne (*Deſignabitur* ſive) *Deſignatum eſt*, uſurpatur ad hoc demonſtrandum, quod hactenus non novimus, quis ſc. hoc, quis illud dixerit; ſed tantum conſtat unum hoc dixiſſe, alterum illud: ita dicunt nec definiunt. Tum hanc vocem adhibent *deſignatum eſt*, quod ſcil. ſit ille qui hoc dixerit: idque alterius dicti virtute, quod eorum uni tribuitur.

Quum occurrit, Dicendumne eſt, hæc ſecundũ diverſos D. Miſnicos pronuntiari? hoc ſibi vult author, An dicendum eſt, ipſos Thanaïm ſive D. Miſnicos diverſa ſentire in iſtius Gemarici magiſtri dicto, aut in iſtorum Gemaricorum M. controverſia? Et hoc illum premit, quod Gemaricus abſolute aliquid pronunciat, quod non ſit ex omnium ſententia: quia ſi conſtitutio determinanda ſit, manifeſtum eſt, conſtitutionem certæ perſonæ aſſcribendam eſſe. At quum ille abſolute aliquid pronunciat, vel abſolute contrarias ſententias proferunt, intelliguntur iſta ex omnium mente eſſe dicta. Idcirco author miratur, adeoq; dicit, Dicendum eſt, hæc ſecundum diverſos Miſnicos pronuntiari? q. d. an Gemaricus qui hoc dicit, iſtum ſequens; alter qui illud dicit, illum, uterq; tamen abſolutè pronuntiat, quod non ſit ex omnium ſententia? Cæterum quæ diſtinctius in hac formula obſervanda, cap. ſequenti addam Dei auxilio.

Vbi occurrit, *Quî in illo ſe res habet?* rei veritas & conſtitutionis deciſio quæritur: quia hactenus conſtitutio nobis definita non fuit, è cujus mente conſtituatur. Itaque ſic dicitur, Quî tandem in ipſa conſtitutione ſe res habet?

כל היכא דאיכא איתי והא וכו'. קושיא הוא ובתמיהא קרינן ליה ולק איני וכי כך הוא והא אמר פלוני וכו' ואיתי לשון אין שהוא ענין כן בלשון הגמרא ׃ כנ"ל. ויש מפרשים בענין אחר ולא סליק לן ׃

כל לא צריכא ׀ הכי פי' לא נצרכה הא דפלוני אלא לכה"ג כי הא דחולין לא צריכא אלא ששחט לפנינו שנים וגו' וכן טובא אין מספר ׀ והגמרא קצר בלשונו והשמיט אלא ומ"מ הוי כאלו אומר לא צריכא אלא וכו' כמו שנמצא במקומות שאומרים בהדיא לא נצרכה וכו' בע"א פ"ק ׃ אמר רבי אלעזר ואם בנה שכרו מותר פשיטא וכו' לא נצרכת אלא לע"א עצמה וכו' וראיתי מי ש שמפרש [illegible]מחלק הלשון ואומר לא כלומ[illegible] לאו פשיטא הוא צריכא וכו' ואין אנו מפרשין כך ׃ והפירוש הראשון הוא שטת רוב האשכנזים ׃

כל ואמרי לה ׀ לישנא אחרינא הוא כמו אמר אביי ואיתימא רב פפא ודכוותיה טובא ר"ל אמר פלוני ואיכא מאן דאמר דלאו פלוני אמרה אלא פלוני ׃

כל היכא דאיתמר אמר פלוני ואמרי לה כדי ׃ ר"ל איכא מ"ד להא מילתא בלא גברי אלא סתמא

Vbicunque occurrit, *Itane? Atqui* &c. objectio notatur, & cum admiratione legitur. Itaque dicit, *Itane?* q.d. Et ſiccine eſt? *Atqui dixit ille* &c. Et *Itane*? continet ſignificationem vocis *Ita*, quæ *Sic* denotat phraſi Gemarica. Hæc mea quidem ſententia: at ſunt qui illud alia notione explicant; ſed nobis non probatur.

Omne, *Non eſt neceſſarium*, ſic explicatur. Iſtud illius dictum neceſſarium non eſt, niſi hoc modo &c. Vt iſtud Cod. 'חולי. Non eſt neceſſarium, niſi quum coram nobis duo mactat &c. Hujuſmodi multa, imo infinita. Gemara etiam ſermonem ſuum decurtans, *Niſi* omittit: nihilominus ſenſus idem eſt ac ſi diceretur, *Non eſt neceſſarium, niſi* &c. quemadmodum alibi reperitur, ubi perſpicuè dicunt, Non eſt neceſſarium &c. cap. 1. Cod. de Idolol. Dixit D. Eleazarus, ſi ædificaverit, merces ejus licita eſt. Hoc liquet &c. Id non erat neceſſarium, niſi in idolo ipſo &c. Vidi quendam, qui interpretaretur & phraſin divideret: & acciperet *Non* q.d. *Hoc non liquet;* deinde, *Neceſſarium eſt* &c. At nos ita exponere non ſolemus: & expoſitio prior multorum Germanorum eſt regula.

Quoties occurrit, *Attribuunt etiam hoc*, phraſis diverſitatem notat: quemadmodũ dicitur, Aſſerit Abæus, aut ſi dicere malis, M. Papa: multaque ſimilia. Hæc eſt mens, Dixit quidam; eſt etiam alius qui inquit, hunc illud nõ dixiſſe, ſed alium quendam.

Vbicunque occurrit, *Dixit quidam, idemque etiam protulerunt abſque authore*: hoc ſibi volunt, Quidam iſtud dictum protulit nullo authore deſignato; ſed id præciſè dixit.

קאמר לה וכדי לשון חנם כמו לא שדי איניש זוזי בכדי וכן כדי נסבא וזה תמצא בפ' הרואה אמר עולא ואמרי לה כדי וכן בהרבה מקומות ·

כל היכא דאיכא תניא להא דתנ׳ ו הפ׳ שנינו במשנה סיוע וסעד להא דתנ׳ בבריתא ותפק׳ מינה שאותה בריתא עיקר והלכה כמותה אחר שיש לה סמך מן המשנה כי הא דפ' אין מעמידין על משנת ואלו מותרין באכילה חלב שחלבו נכרי וישראל רואהו וכו׳ ו תניא להא דתנו רבנן יושב ישראל בצד חצרו של נכרי ונכרי חולב ומביא לו ו וכן פירש רבי נתן בעל הערוך · הא דאמרינן בכמה דוכתין גזרינן הא אטו הא ר״ל גזרינן היתרא אטו אסורא כלומר כי היכי דלא ליתו למישרי איסור דאי שרית להו הא אמרי מה לי הא מה לי הא׳ והיינו דוקא בדברים המתדמי׳ ומיחלף להו לאינשי למשרי האי כי האי כי ההוא דפ׳ כל שעה גבי סריקין המצויירים אמר להם ביתוס לחכמים מהו שיעשנה בדפוס ויקבענה כיון · מיד אמרו לו יאמרו כל

dixit. כדי ſignificatione convenit cum *gratis*, id eſt ſine cauſa: ut in illo, Nemo pecuniam incaſſum vel fruſtra projicit. Sic etiam dicitur, *Fruſtra aſſumptum eſt*. Hoc invenies cap. *Qui videt*, ubi legitur, Dixit Oula, idemque etiam protulerunt abſque authore. Sic alibi ſæpiſſimè.

Vbicunque reperitur, *Legimus id ipſum quod docent magiſtri*, ſic explicandum eſt: in Miſnajoth ea legimus, quæ confirmant ac ſtabiliunt quod magiſtri in Baraitha ſive exoticis docent. Vnde ſequitur iſtam Baraitham eſſe fundamentalem: quam conſuetudo ſequitur, quum ex ipſa Miſna fulcrum habeat. Quemadmodum illud capitis, *Non collocant*, ad Miſnam, Hæc edere licet, primò lac quod mulſit alienigena, ſpectante Iſraëlita &c. Id legimus quod Magiſtri docēt, ſc. Iſraëlitæ in latere communis areæ cujuſdam alienigenæ ſedenti, ipſe alienigena mulget, & mulctum præbet. Ita hæc exponit D. Nathan author lexici Aruch. Illud verò quod ſæpiſſimè adhibetur, *Interdicimus hoc propter illud*, idem eſt ac ſi diceretur, Limitamus licitum propter vetitum, q. d. in eum finem ne ulterius progreſſi licitum facerent quod vetitum eſt: nam ſi illis hoc permitteres, exciperent, quemadmodum hoc mihi licet, ſic & illud. Id verò tantummodo uſurpatur in rebus ſimilibus: in quibus permutatio hominibus contingit, ut hanc quemadmodum illam licitam faciant. Sicuti illud cap. *Omnis hora*, ad verba, *Popana effigiata*: ubi legimus, Baithos dicebat ſapientibus, Quid ſi iſtud popanum paret cum forma quadā & ei effigiem imprimat? Quum loquutus eſſet, è veſtigio reſponderunt, Dicēt, omniane

popana vetita,& Baithotis tantum popana licita ? q. d. quamvis ipſo jure popana Baithotis ſint licita; nihilominus interdicimus,ne errent ac dicant,Quo loco mihi ſunt popana Baithotis,eo loco mihi & reliqua ſunt. Et multis Gemaræ locis hoc dictum tanquam exemplum profertur: nempe,Dicerent, omniane popana vetita? &c. Sed in rebus diſſimilibus, quæ ita ab hominibus non permutantur, non interdicimus: ſecundum illud quod cap. 1. Peſach dicimus,Oleum pro oleo ſumitur; at fibulatio pro nodatione non accipitur. Id autem ſapientibus commiſſum eſt, ut ſimilia à diſſimilibus diſcernant. Porrò quod multis locis uſurpamus, *Interdictum interdicto non ſuperaddimus*, ejus ratio eſt, quod ſcriptum ſit, Lev.18.Et obſervabitis obſervationem meam.Hic acutè obſervamus hoc dari præceptum, Addite obſervationẽ obſervationi meæ; non verò, Addite obſervationem obſervationi obſervationis meæ.Attamen quandoque interdictum interdicto addimus:quum unum ab altero dependet, adeo ut abſque hoc illud ſtare nequeat. Ita ſcriptum exſtat in additionibus cap. *Hæ ſunt res*, ubi de claudendo ſabbatho agitur. Si alienigena ab alienigena lucem accendat, ſuper ea non profertur benedictio. Super iſto contextu dicimus: Alienigena ſecundus propter priorem commemoratur; prior autẽ alienigena propter primam lucẽ. Totum hoc eſt interdictũ unum: quia ſapientes quicquid eſt in manu alienigenæ, prohibuerunt:ni enim hoc ſit, nec illud ſtare poteſt.

Quum dicitur, *Illic legimus*, alius codex

הסריקין אסורין וסריקי בייתוס
מותרין כלומר אף על פי שמן
הדין סריקי בייתוס מותרין סם
גזרינן עליה כדי שלא יטעו
ויאמרו מה לי סריקי בייתוס
מה לי שאר סריקין ובהרבה
מקומות בגמרא מביא זה המאמר
למשל יאמרו כל הסריקין א
אסורין וכו' אבל בדברים שאינם
מתדמים ולא מיחלפי להו
לאנשי לא גזרינן כדאמרינן פ״ק
דפסחים שמן בשמן מיחלף עניבה
בקשירה לא מיחלף ודבר זה
מסור לחכמים לידע הדומה או
הבלתי דומה. והא דאמרינן
בהרבה מקומות גזירה לגזירה
לא גזרינן ה״ט דכתיב ושמרתם
את משמרתי ודרשינן עשו מ
משמרת למשמרתי ולא משמרת
למשמר' משמרתי וזימנין דגזרינן
גזירה לגזירה היכא דתליא הא
בהא ואי לא הא לא קיימא
הא וכן כתבו התוספות בפרק
אלו דברים גבי הבדלה נכרי
שהדליק מנכרי אין מברכין עליו
ואמרינן עלה נכרי שני משום
נכרי ראשון ונכרי ראשון מ.
משום עמוד ראשון וכולה חדא
גזירה היא שאסרו חכמים כל
מה שביד הנכרי דאי לאו הא לא
קיימא הא׳

כל תנן. התם במסכתא

designa-

אחרת ויש תנן התם מהפרק עצמו פֿק דפסחים · תנן התם אוכלין כל ארבע ותולין כל חמש וכו' וכתב שם רשי' ואעֿג דבפרקין הוא ויש נסחאות דלא גרסינן תנן התם אלא תנן גרידה ·

כל מנ֯ל או מנא הני מילי שייך בדברים שיש להם עיקר מן התורה אבל בדברים שאין להם עיקר מן התורה אומר מאי קראה וזה מורגל במסכתות ומדרשות פוק ותשכח וכן אמר הרמבן בהשגותיו לספר המצות · וכן דקדקו. התוספות ביומא גבי הני ה' עינויים כנגד מי דממאי דקאמר כנגד מי ולא קאמ' מנלן משמע דרחיצה וסיכה לאו מן התורה הם אלא מדרבנן וקרא אסמכתא בעלמא ·

כל היכא דאיכא עובדא הוה ברבי פלוני ורבי פלוני בי רבי פלוני הֿפ עובדא הוה בי ר' פלוני ואותו פלוני הלך למדרשו של פלוני לעיין שניהם בדבר · וכן פרשי' ז֯ל בקידושין פֿב גבי עובדא הוה בי רב חסדא ורב חסדא בי רב הונא ופשטיה מהא וכו' ·

כל היכא דאיכא אמר רבי פלוני כגון אמר רב יהודה

deſignatur. Semel tamen occurrit, *Illic legimus*, cum ex eodem capite teſtimonium producitur, ſcil. cap. 1. Peſach. Illic legimus totis quatuor horis edere licet, & in ædibus iſtud geſtant per totam quintam &c. Vbi annotavit D. S. Jarchi, Quamvis hoc eodem capite exſtet. Sunt etiam exemplaria, ubi non pronunciamus, *Legimus illic*; ſed *legimus*, tantum.

Omne, *Vnde id nobis conſtat?* aut, *Vnde hæc confirmantur?* iis convenit, quorum fundamentum eſt in lege Moſis; ſed in iis quorum fundamentum non eſt in lege, dicere ſolent, Quæ Scriptura hoc probat? Hoc in codicibus Talmudis & popularibus diſcurſibus uſitatum eſt: abi & invenies. Idem dixit Doctor Moſes fil. Nachmanis in ſuis ad præceptorum librum obſervationibus. Sic etiam in additionibus Cod. Jomæ diſtinctè obſervatum eſt ad iſta verba: *Hæc quinque humiliationis officia, cui ſingula reſpondent?* Nam ex eo quod dicit, *Cui reſpondent?* non verò, *Vnde id nobis conſtat?* hoc diſcimus, lotionem & unctionem lege non præcipi, ſed niti magiſtrorum authoritate. ſcripturam verò communi quadam ratione eò applicari.

Vbicunque eſt, *Exemplum habemus in domo Doctoris N. qui N. ad ædes alterius cujuſdam Doctoris ſe contulit*; talem admittit expoſitionem: Exemplum habemus in domo D. cujuſdam, & is ipſe ſcholam adiit alterius cujuſdam, ut ambo de re illa diſpicerent. Hujuſmodi eſt expoſitio D. S. Jarchi p. m. Cod. קידשי' c. 2. ad verba, Exemplum habemus in domo M. Haſdæ, qui M. H. domum M. Hounæ adiit: & hinc ejus expoſitio &c.

Vbicunque reperis, Doctorem quendam dixiſſe; ex. gr. dixit M. Juda,

Samuelem dixiſſe: præceptor deſignatur, unde hoc ille didicerit. Vbicunque verò eſt, Dixit Doctor N. nomine alterius cujuſdam D. exempli gratia, dixit D. Johannes nomine D. Simeonis filii Jochæi; ipſe ex illo non audivit, ſed ex alio, qui id ab illo acceperat. Ita ſcriptum reliquit Doct. Salomon Jarchi Cod. חולין: atque ex eo probatur, quod ibi dicimus, Dixit M. Aſe nomine Rabæ &c. Et velis nolis, M. Aſe id ex ipſo Raba non audiverat: etenim M. Aſe nunquam Rabam vidit. Quemadmodum dicimus C. קדושי, Quo die Raba obiit, natus eſt M. Aſe, ut impleretur quod Eccl. 1. 5. dicitur, *Oritur ſol & occidit ſol.* At D. M. f. Maimonis in ſyntagmatis ſui magni præfatione ſcriptum reliquit, M. Aſem iſtud à Raba accepiſſe: unde legiſſe non videtur, Quo die Raba obiit, natus eſt M. Aſe; ſed antequam moreretur Raba, natus eſt M. Aſe (ſicuti habent quædam libri exemplaria.) Senſus eſt, Quum nondum ita ſuffeciſſet vita Rabæ, ut è mundo migraret, jam natus erat M. Aſe: atque ut ejus locum ſuppleret æquum erat, quò ſtabiliret quod in Eccl. legitur, *Oritur ſol & occidit ſol.* q. d. antequam occidiſſet ſol Rabæ, ortus erat ſol M. Aſis. Huic ſimile illud, Antequam ſol Eli occidiſſet, ſol Samuelis jam exortus erat: quod illic proferunt, ſc. Cod. קידושי. Ita quidem nobis dicendum videtur ex ſententia D. M. f. Maimonis l. m.

Illud quod ſæpiſſimè legimus, *Quidam conſtitutionem ad agendum docuit*, hanc habet explicationem: Quidam conſtitutionem docuit, ut ſecundum eam opus fie-

אמר שמואל רבו הוה ושמעה ממנו ׃ וכל היכא דאיכא אמר רבי פלוני משום רבי פלוני כגון אמר רבי יוחנן משום ר״ש בן יוחאי לא שמעה ממנו אבל שמעה מאחר שקבלה ממנו ׃ וכן כתב רש״י בחולין ׃ ומוכח לה כהא דאמרינן התם אמר רב אשי משמיה דרבא וכו' וע״כ רב אשי לא שמעה מרבא דרב אשי לא ראה רבא מעולם ׃ כדאמרינן בקדושין יום שמת רבא נולד רב אשי לקיים מה שנאמר וזרח השמש ובא השמש והרמב״ם בפתיחת חבורו הגדול כתב דרב אשי קבל מרבא ונראה שאין גורס יום שמת רבא נולד רב אשי אלא עד שלא מת רבא נולד רב אשי כמו שיש נסחאות בספרים ור״ל עד שלא הספיק רבא ליפטר מן העולם כבר נולד רב אשי והיה ראוי למלאת מקומו לקיים מה שנאמר וזרח השמש ובא השמש עד שלא שקעה שמשו של רבא זרחה שמשו של רב אשי ודומיא דעד שלא שקעה שמשו של עלי זרחה שמשו של שמואל דאמרי' התם בקידושין כנ״ל לדעת הרמב״ם ז״ל ׃

הא דאמרינן בכמה דוכתין הורה פלוני הלכה למעשה ׃ ה״פ הורה פלוני הלכה לעשות בה מעשה

רבה

וזה שכבר תמצא הלכה ואין מורין כן כלום' לעשו' מעשה וכגון דנפקא מיניה חורבא והכי אמרינן בבתר' פ' אין נוחלין אמר ליה רב אסי לר' יוחנן כי אמר לן מר הלכה מהו למעבד בה מעשה א"ל לא עד דאמינא לכו הלכה למעשה ·

הא דאתמר בכמה דוכתין תני תנא קמיה דרבא · תני תנא קמיה דרבי יוחנן וכן הרבה בגמרא ר"ל תנא בכאן אמורא ע"ש שקיבל האי מתניתא מרבו ובא וספרה שהברייתות לא היו שגורות בפי הכל כמו שנודע וכדאמרינן בעלמא פלוני אתא ואייתי מ מתניתא בידיה וכן הוא תני לה והוא אמר לה בהרבה מקומו' כלומר הוא קבלה מרבו והוא פרשה מסברתו וכן פרש"י ז"ל פ"ק דחולין · כל תאנא ותאני עלה היא התוספתא שנתוספה על המשנה כאשר כתבתי בפרק הראשון מהשער הראשון · וכל תניא ות"ר ב ברייתא היא ·

כל היכא דאיכא פלוני ופלוני דאמרי תרוייהו · בידוע שהוא גר פולגתיה בכל מקום ובדבר ההוא הושוו כגון רב ושמואל דאמרי תרוייהו וכן רבה ורב יוסף דאמרי תרוייהו וכן הרבה ·

כל היכא

ret. Idque ideo dicitur, quia etiam conſtitutiones habes, ubi ſic non docent, ſcilicet ut actio ſequatur: veluti quum inde ſcandalum ſequeretur. Sic dicimus in Bava Bathra capite, *Non adeunt hæreditatem:* M. Aſe quæſivit ex D. Johanne, Quum Dominus nobis conſtitutionem proponit, quid? anne ut inde ad opus nos accingamus? Reſpondit ille, nequaquam: donec dixero vobis, conſtitutio ad agendum proponitur.

Quoties dicitur (ut crebrò fit) *Legit lector coram Raba*; item, *Legit lector coram Doctore Iohanne*, multaq; in Gemara ſimilia; Lector hic eſt Gemaricus: quia hanc Baraitham à præceptore ſuo accepit. itaque poſtquam accepiſſet, eam enarravit. Baraithoth enim, ſive exoticæ ſententiæ, omnium ore non feruntur: ſicuti notum eſt. Quemadmodum communiter dicimus, venit quidam & Baraitham adduxit ſecum. Sic frequenter dicitur, *Is illam* ſc. Baraitham *legit eamque expoſuit.* quaſi dicas, Is illam à præceptore ſuo accepit, eamque ex opinione ſua expoſuit. Ita enarravit D. S. Jarchi l. m. cap. 1. חולין. Vbicunque habetur, *Legit vel docuit ſuper illo*, additamentum deſignatur, quod Miſnæ additur: quemadmodum ſcripſi tractatus pr. cap. primo. Vbi etiam occurrit *Lectio* vel *Legunt Magiſtri*, ſignificatur Baraitha.

Vbicunque eſt, *Hic & ille, qui affirmant ambo*; in confeſſo eſt, hunc ab illo ubique diſſentire; in hac tamen re convenire. Ex. gratia, Rab & Samuel, qui affirmant ambo: ſimiliter, Rabba & M. Joſeph, qui ambo affirmant. Hujuſmodi multa ſunt.

Vbicunque dicimus, *Hoc illius pronuntiatum expreſſè prolatum non fuit, ſed aliunde concluditur*; talem admittit explicationem: non expreſſè hoc ipſum dictum protulit; ſed è complexu verborum ejus, quæ alibi dixit, diſcimus illud. Quod verò amplius in hac regula rimandum eſt, ſecundo capite Dei auxilio perſcribam.

Vbicunque dicimus, *Exemplum in contrarium profertur*? id hoc modo fit, Quum quis in Miſnajoth exemplum hujuſmodi profert, quod cum propriis dictis pugnare judicatur; tum Gemara objicit, ac interrogat, Exemplum in contrarium adfertur! cum admiratione. Quaſi dicat, Et quid? Eſtne invenire hominem, qui ad ſua evertendū dicta exemplum producat?

Vbicunque occurrit, *Dividenda & legenda erant ſingula in ſe ſeorſim*, ſic enarratur. Ecce quod redeat author & in re ipſa diſtinctionem quæraț, nec inveniat tamen niſi alia quadam via; dividenda & legenda erant per ſe ſingula. Quaſi dicatur, Hâc viâ diſtinctionem facere poterat: quare propriam viam ac rationem prætermiſit, ut ab hac ad illā tranſiret? Vlterius utilem hic doctrinam favente Domino addam.

Ecce quod multis locis invenimus, *Quidam ſic objicit, ut alteri cuidā ſuccurrat*: quemadmodum illud in Bava Bathra cap. *Poſſeſſio ædium*, Objicit Raba ut Rabbæ ſuccurrat &c. hoc inquam ita enarrat D. Samuel f. Meïri l. m. id ſic ab illo in ſchola dictum: & Baraitham eſſe ex mente Rabæ, contraque Abæum objectionē fieri. Ita exponere æquum eſt, quia contextus nullibi ſecus loquitur, quam ſimpliciter, Quidā objicit.

כל היכא דאמרינן הא דפלוני לא בפירוש איתמר אלא מכללא איתמר ה״פ לאו בפי׳ אמרה ממש להא מילתא אלא מכלל דבריו שאמר במקום אחר שמעינן לה· ומה שיש לדקדק בשיטה זו אכתבנו בפ״ב בס״ד·

כל היכא דאמרינן מעשה לסתור· היינו כשמביא במשנה מעשה שנראה הפך דבריו מקשה הגמרא ואומר מעשה לסתור בתמיה כלומר וכי יש לך אדם שמביא מעשה לסתור דבריו·

כל היכא דאיכא ליפלוג וליתני בדידה בדידה· ה״פ הא דמהדר תנא למצוא חלוקה בדבר ולא אשכח אלא בדרך אחרת לפלוג וליתני בדידה· כלומר לפי דרכו זה הוה מצי לעשות חלוקה ואמאי שבקית לאורחיה לדלג מענין לענין ׃ ועוד אוסיף לקח טוב בזה בע״ה·

הא דאשכחנא בכמה מקומות מתיב פלוני לסיועי לפלוני· כי הא דבתרא פרק חזקת הבתים מתיב רבא לסיועי לרבה וכו׳ פירש רשב״ם ז״ל דבלשון הזה אמרה בבית המדרש תניא כוותיה דרבא ותיובתא לאביי והדין עמו לפרש כן שהספר אינו אומר בכל מקום וזולתי מתיב פלוני גרידא·

Quan-

פעמים הגמרא מקשה ואומר תרתי ר"ל דסתרן אהדדי כגון ההיא דכיצד הרגל הדר בחצר חבירו שלא מדעתו אין צריך להעלות לו שכר והשוכר בית מראובן מעלה שכר לשמעון ׃ ומקשינן תרתי וכו' כלומר היכי תני תרו מילי · דסתרן וקשיין אהדדי ודכוותא טובא ׃ ויש מקומות דלא סתרן אבל נגען ובחד מניהו סגי כי ההיא דפ"ק דקידושין ואין ייעוד אלא מדעת ואין ייעוד אלא בגדול ומקשין תרתי כלומר תרויהו חדא מילתא נינהו ותרתי למה לי ׃ וכן בסוכה פרק הישן עד שיאור ויעלה עמוד השחר תרתי אלא אימא וכו' ·

הא דאמרינן בהרבה מקומות בגמרא תני פלוני בשאר ספר דבי רב ׃ היינו ספר וידבר מוישלחו מן המחנה עד סוף הספר כולהו מקרו שאר ספרי דבי רב וספרי דרב גופיה היינו תורת כהנים ·

כל מהא ברייתא · כגון תפשוט מהא וכיוצא בו וכל מהכא שמעתא ·

כל היכא דאיכא גמירי · רוצה לומר מסורת בידינו ממשה בסי, וכן הלכתא גמירי לה ·

Quandoque Gemara objicit & inquit, *Duo*: ſcilicet ſunt, quæ ſeſe invicem deſtruunt. Quemadmodum illud capitis[c] *Quomodo pes?* ubi legitur, Quum inhabitat aream proximi non aſſentientis, ut ei mercedem ſolvat, opus non habet. Item, Qui à Rubene domum conducit, Simeoni mercedem ſolvit. Sed objicimus, Duo &c. Quaſi dicatur, Quomodo res duas proponit, quæ ſibi invicem repugnant & adverſantur? Cujuſmodi multa ſunt. Loca etiam occurrunt, ubi dicta non pugnant; ſed conveniunt: adeo ut eorum unum ſufficeret. Vti illud cap. primi Cod. קידושי. Promiſſio neminem hic obligat, niſi intelligentem: nec eſt promiſſio rata, niſi ille adoleverit. Objicitur *Duo*, q. d. Duo hæc unum & idem ſunt: itaque quórſum duo? Similiter Cod. סוכה cap. *Qui dormit:* donec luceſcat & aurora aſcendat. Duo: ſed dicam &c.

Ecce quum ſæpe dicimus in Gemara, *Legit quidam in reſiduo librorum familiæ Rabi:* deſignatur Numerorum liber, inde à verbis cap. 5. ✝. 2. *Et dimittant è caſtris*, uſque ad libri finem: omnia hæc vocant reſiduum librorum familiæ Rabi. At *libri ipſius Rabi*, ſunt Leviticus.

Quum dicitur, *Ex iſto*, deſignatur Baraitha ſive Exotica doctrina: ex. gr. *Solve objectionem ex iſto:* aliaque ſimilia. At quoties legitur *Ex hoc* ſive *Hinc*, conſtitutio ἀναμφισβήτητος denotatur.

Vbicunque occurrit, *Perfectè tradunt*; ſenſus eſt, Traditionem in manibus noſtris habemus à Moſe in monte Sinai acceptam. Et hac ratione dicitur, Ipſam conſtitutionem ἀναμφισβήτητον perfectè tradunt.

דבר תורה בגמרא משמש בשני פנים דבר תורה ממש כמו דבר תורה מעות קונות · דבר תורה ארוסה בת ישראל אוכלת בתרומה ומשמע הלכה למשה מסיני פ֗ק דעירובין דבר תורה מקפיד עליו חוצץ וכן פרשׁ׳ ז֗ל שם ·

סתם מחלוקת בכוליה גמרא היינו מחלוקת חכמים ובמקומות יחידים לשון חלוקה בבבא מציע׳ מחלוקת בששניהם אדוקים בתורף ופרשׁ׳ מחלוקת האי יחלוקו דקאמר ר֗ש דמשמע חולקין בשוה וכו׳ ·

כל היכא דאמרינן מאי קמ֗ל תניא · ר֗ל מאי חדושא אשמעינן האי אמורא הא מתניתין היא וכי מתניתין אתא לאשמעינן ויש בזה כללים אכתבם בפ֗רק הבא בע֗ה ·

מה שאומר בהרבה מקומות בגמרא לימא הני תנאי כהני תנאי ר֗ל מי נימא דפלוגתא דהני תנאי כפלוגתא דהני תנאי ודחיקא ליה מילתא לגמר׳ שיבא מחלוקת אחד בעצמו בב׳ מקומות ובתרי לישני ועוד מי שסדר המשנה והברייתא הוה ליה למיתני נהו׳ גבי הדדי ולימא פלוני ופלוני אומרים כך ·

Verbum legis, in Gemara duplicem uſum habet. Primò ipſum legis verbum denotatur, quemadmodum, verbo legis pecunia ad acquirendum ſufficit; item, ſecundum verbum legis Iſraëlitæ filia deſponſata oblationem comedit. Deinde ſignificat ἀναμφισβήτητον Moſis cónſtitutionem in Sinai acceptam. Vt c. I. C. עירובי׳, Secundum verbum legis, ſi in illa re admodum occupetur, aliquid interponere cenſetur. Sic ibi explicat D. Sal. Jarchi l. m.

Vbique in Gemara, ſi præciſè ponatur *Diſcrepantia*, intelligitur Sapientum diſcrepantia: paucis tamen locis Hebræa voce partitio denotatur. Vt in Baba media: Partitio inſtituitur, quum ipſi ambo apprehendunt ipſa ſyngraphæ particularia. Hic D. Salomon J. ad vocem *Partitio*, id eſt, *Partientur*, quod D. Simeon dixerat: cujuſque hic eſt ſenſus, quod æqualiter partiantur &c.

Vbicunque dicimus, *Quid docemur? Legimus in Miſna*; hoc volumus, Quid novi nos docet iſte Gemaricus Doctor? ecce eſt ipſa Miſna. Quid? ipſamne Miſnam nos docere aggreditur. Hic regulæ diverſæ ſunt, quas ſequenti capite perſcribam favente Domino.

Quum in Gemara ſæpiſſimè occurrit, *Dicendumne eſt hos Doctores cum illis Doctoribus dicere eadem?* hic ſenſus eſt, Quid dicemus, controverſiam horum Doctorum cum illorum Doctorũ controverſia eandem eſſe? Atque hoc Gemaræ difficultatem movet, eandem planè controverſiam duobus locis & duabus periodis tradi. Quinetiam qui Miſnajoth & Baraitoth diſpoſuit, utramq; ſimul tradere debuiſſet: & hoc modo dicere, Hic & ille &c. ita ſentiunt.

Vbicun-

כל היכא דאמרינן תנן סתמא דלא כפלוני · דהיקא ליה מילתא לגמרא דתני משנה סתמא דלא כב״ע · והכי לימא תנן סתמא דלא כפלוני ואתיא מתני' דלא כב״ע ׃ ומה שיש לדקדק בשיטה זו אכתבנו בע״ה ·

הא דאמרינן במליה גמרא יתיב פלוני קמיה דפלוני ויתיב וקאמר לא אמרינן הכי אלא במקום שחולק עליו או שהיה הוא האומרו אבל אם לא אמר איהו כלום ולא נחלק עליו בכלום לא אמרינן הכי · כן כתב הרשב״א ז״ל בחידושיו במסכת יבמות ·

כל היכא דאמרינן רב ורבי יוחנן ורבי חנינא ורבי חביבא מתנו בכל סדר מועד כל כי האי זוגא חלופי רבי יוחנן · ומעייל רבי יונתן · ה״פ רב ורבי יוחנן ורבי חנינא ורבי חביבא מתנו כלומר הך שמעתתא שאומר בסמוך והשתא פסיק הגמרא למלתייהו וקאמר בכל סדר מועד כל כי האי זוגא שמחליפין ר' יוחנן ומכניסין ר' יונתן וכן פירשו התוספות בשבת בפרק במה בהמה ·

כל היכא דאיתמר ברבי כמו ר״ש ברבי וכיוצא בו לשון גדולה וחשיבות הוא וכן פרשי ז״ל

Vbicunque dicimus *Legimus abſolutè dictum, quod nonnemo improbat?* Gemaræ hoc ſcrupulum movet, quod Miſna abſolutè aliquid doceat, quod ab omnibus non probatur: itaque ſic loquitur, An dicendum eſt nos quidpiam abſolutè poſitum invenire, quod nonnemo improbat? & occurrit Miſna quæ ab omnibus non probatur? Quæ in hac formula diſtinctius obſervanda ſunt, poſtea Dei auxilio perſcribam.

Ecce quum paſſim in Gemara dicimus, *Sedit hic coram illo N. ſedit inquam & dixit:* ita non loquimur, niſi cum vel alter ipſi refragatur; vel ipſe eâ ratione loquens introducitur. Verum ſi ipſe nihil pronuntiet; aut ipſi nulla in re contradicatur, ita loqui non ſolemus. Sic ſcriptum reliquit D. Samſon filius Abrahami l. m. in obſervationibus ad Cod. יבמות.

Vbi ſic loquimur, *Rabus & Doct. Iohannes, D. Hanina, ac D. Habiba docent*; in toto Vol. מועד, paſſim in hac combinatione permutant D. Johannē: ſubſtituunt enim D. Jonathanem. hæc inquam ita exponuntur: Rabus, & D. Johannes, & D. Hanina, ac D. Habiba docent, nimirum iſtam legalem conſtitutionem quæ in ſequentibus traditur; jam verò eorum verba Gemara authoribus ſuis aſcribit, & inquit, in toto Cod. מועד paſſim in hac combinatione permutari D. Johannem, D. enim Jonathanem ſubſtitui. In hunc modũ iſta enarrant additiones ad Cod. Schabbath capite *Iumentum cum quo.*

Vbicunque dicitur, *Filius Doctoris*, ut D. Simeon filius D. & ſimilia; excellentia & præſtantia denotatur. Ita hoc explicat D. S. Jarchi l. m.

בקידושין גבי יודן ברבי יודן היה שמו וגדול בדורו וכל היכא דקרי ברבי לשון חכמה וחריפות הוא עכ׳·

כל היכא דאמרינן רבנן דבי רבי ר״ל התלמידים בני הישיבה· וכל היכא דאיתמר בי רב לאו רב ממש אלא בית המדרש הוא והכי מפרשי׳ בקדושין·

כל היכא דאמרי הלכה כפלוני דרשינן לה בפרקא וכל היכא דאמרינן מנהג כפלוני לא דרשינן ליה בפרקא· ר״ל בפרקא ברבים אבל כי אתו לקמן יחידי׳ מורינן להו והיכא דאמרי׳ נהגו אפי׳ אורויי נמי לא מורינן· אבל אי עבדי לא מחינן בהו וכל זה תמצא בערובין פרק הדר· אמר רב יהודה אמר שמואל הלכה כרבי אליעזר בן יעקב· ורב הונא אמר מנהג כרבי אליעזר בן יעקב· ורבי יוחנן אמר נהגו העם כרבי אליעזר בן יעקב וכן בהרבה מקומות ופירושם בפרק תענית·

כל היכא דאמר תנא תונא ר״ל תנא דידן סייעתא לדידי וכן פרשי׳ בריש מציעא·

כלל זה בעירובין כל מקום ששנינו כדי לאכול בו או לאכול בהם אינו אלא כדי לאכול בו

Cod. קדושין ad verba, *Iodan filius Doctoris.* Jodan erat nomen ejus, qui ſeculo ſuo antecellebat: & ubicunque legitur f. Doctoris, ſapientia & acumen exprimitur. Hucuſque illius verba.

Vbicunque dicimus, *Magiſtri familia Doctoris*, ſenſus eſt, qui in ſchola literis incumbunt. Vbi verò dicitur *Familia Magiſtri*, non ſingularis aliquis Magiſter denotatur; ſed ſchola ſive differendi locus. Sic illa explicant Cod. קדשין.

Vbicunque dicunt, *Conſtitutio eſt ex mente cujuſdam* N. iſtam palam enarramus; ubi verò dicimus, *Mos ſecundum quendam* N. *obtinet*, eum non enarramus palam (palam, id eſt, coram multis) ſed quum nos pauci conveniunt, hos illum docemus. Vbi denique ita loquuntur, *Aſſueverunt*; morem hunc ne quidem docemus ullo modo: ſi tamen eum obſervant, non prohibemus. Totum hoc in Codice ערובי׳ invenies, capite *Qui habitat*. Refert M. Judas dixiſſe Samuelem, Eſt conſtitutio iſta ex ſententia D. Eliezeris f. Jacobi; & M. Houna, Mos obtinet juxta mentem Eliezeris f. Jacobi; D. Johannes denique ait, Sic aſſuevit populus ſequi Eliezerem f. Jacobi. Ita alibi paſſim: eorumque expoſitionem videre eſt capite de *Iejuniis*.

Vbicunque dicitur, *Docet quod doceo*; ſenſus eſt, Docet D. noſter, quod meam ſententiam confirmat. Sic iſta explicat D. Sal. Jarchi initio Babæ mediæ.

Hæc eſt generalis regula in Cod. עירובי׳ ſive *de Commixtionibus*: Vbicunque legimus, *Ad edendum de iſto*; aut *Ad edendum de iſtis*, nihil eſt, niſi ad edendum de iſto cum condimento ſuo, quemadmodum

modum homo, qui intingens edit quidpiam. quod fit exigua quantitate: (nam intingens parvas buccellas ſumit.) Sed ubi legimus, Ad edendum ex iſto; vel Ad edendum ex iſtis, nihil eſt niſi ex iſtis ipſis duo ſumere edulia, ita ut cum iis nihil comedatur. Hæc eſt expoſitio D. noſtri Gerſchom, in enarratione ſua C. עירובי' cap. *Omnia in commixtionibus adhibent.*

Vbicunque dicimus, *Ad oſtendendam vim alicujus*, veluti, Vt oſtendatur tibi vis Doctoris Judæ, ut oſtendatur vis Doctoris Joſis, hiſque ſimilia in tota Gemara; denotatur vis & efficacia ipſius, qui rem judicat licitam. Quia licentiæ robur & efficacia prævalet ad docendum: ſicuti vulgò dicimus, vim licentiæ eſſe efficaciorem. nam qui agendi veniam concedit, ſuo nititur auditu; qui prohibet, non item: quia unuſquiſque rem aggravare poteſt. Idcirco ubique vim ejus qui rem licitam facit docemur: ac ſi dicas, Doctor qui ſic docet, præciſè loqui non intelligitur, (nam alio modo ipſi loquendum fuiſſet;) ſed ut nos efficaciam doceat: hinc quod docet præciſè non intelligitur. Hac in re ſunt modi diverſi, quos capite ſequente, Deo favente, deſcribam.

Quum occurrit, *Id quod dicere poſſes*; ſic non relinquitur. ac ſi diceretur, Si ita non ſit; tum hoc vel illo modo ſe rem habere dicam. ita docemur rem ſecus ſe habere. Occurrit etiam, *Id quod dicere poſſes*, quum res ita eſt, cap. 1. Cod. נדרים, ſive *de votis*: Quod autē dicere poſſes; ut os ipſius cum corde conveniat, nos requirere, id docet nos. Atqui revera, ut verba cum animo conveniant, requirimus.

בליפתן כאדם שטובל ואוכל דהיינו שיעור מועט · אבל מקום ששנינו כדי לאכול הימנו או כדי לאכול מהם אינו אלא מהן עצמן שתי סעודות ואין אכילת דבר אחר עמהם · לשון רבינו גרשום בפי' עירובין שלו פרק בכל מערבין ·

כל היכא דאמרינן להודיעך כחו דפלוני · כמו להודיעך כחו דרבי יהודה להודיעך כחו דרבי יוסי וכיוצא בהן בכוליה גמרא ר"ל כחו וחדושו של המתיר משום דרבותא וחדושא דהיתירא עדיף טפי לאשמועינן כדאמרי' בעלמא כחא דהיתרא עדיף ליה שהמתיר סומך על שמועתו מה שאין כן האוסר שכל אדם יכול להחמיר ומשום הכי אשמועינן בכל דוכתא כח המתיר כלומר ותנא דקתני הכי לאו דוקא דבאופן אחר הוה ליה למיתני אלא לאשמועינן חדושא ומיהו מאי דקתני לאו דוקא ויש בזה דרכים אכתבם בפרק הבא בעזרת השם ·

כל מהו דתימא לא נשאר כן והק' אי לאו הכי הא' כך וכך קמ"ל דלא · ויש · מה"ר שכך האמת בפרקא קמא דנדרי' מה"ר פיו ולבו שוים בעינן קמ"ל ולפי האמת פיו ולבו שוים בעינן ·

והכריתות מישבו כפי השיטה והק׳ מה״ד אנן לפי האמת בעינן פיו ולבו שוים והכא לא הוי פי ולבו שוים קא משמע לן דהוי פיו ולבו שוים וכן אחרים מתישבים על זה הדרך ·

כל פטורים בשבת פטור אבל אסור לבר מתלת דר״ל פטור ומותר ואלו הן · צבי שנכנס לבית וכו׳ ואידך הצד נחש בשבת · ואידך המפיס מורסא בשבת אם להוציא לחה פטור ·

סתם אלמא שבגמרא הוא כמו שׂם ויש אלמא שהוא כמו למה בגטין פ״ק א״ה בעל נמי אלמא תניא וכו׳ ואחרים לשם ובהרבה מקומות וכן פרש״י ז״ל בברכות גבי א״ה אפילו טבעה ספינתו בים נמי · ונ״ת ה״נ אלמא אמר רב זביד וכו׳ ·

לשון אלמלא המורגל בגמרא משמש בשני פנים יש אלמלא שהוא כמו אלו כמו אלמלא נגדוה לחנניה מישאל ועזריה שהוא כמו אלו נגדוה ואומר ר״ת בתוספות מגילה שבמקום שהוא כמו אלולא כתוב אלמלא באלף ובמקום שהוא כמו אלו כתוב אלמלי יוד בסוף ·

כביכול פלשונם ז״ל בהרבה מקומות · רוצה לאמר התורה

At author libri כריתות hæc ad præcedentem regulam accommodat: & ſic dicit, Quod objicere poſſes, nos revera animũ cum verbis convenientem exigimus; ſed hic verba & animus non conveniunt: verba cum animo convenire docemur. Sic iſta alii etiam hac ratione accommodant.

Paſſim in Codice שבת, quum dicitur *Liber eſt*, is à pœna abſolvitur; ſed tamen actio interdicitur: ſi tria excipias, ubi ſenſus eſt perſonam non teneri & rem eſſe licitam: ſunt autem ſequentia. Hinnulus qui ædes ingreditur &c. aliud, Qui die ſabbathico ſerpentem venatur. aliud, Qui ulcus mulcet ſabbathi die, ſi id quò ſaniem exprimat facit, non tenetur.

Cum in Gemara abſolutè אלמא dicitur, idem eſt atque Ergo, ſive, Hinc diſcas. Occurrit tamen אלמא pro *Quare*: C. גיטי׳ cap. 1. Si ſic dominus etiam, quorſum traditio &c.? Ibi & plurimis locis ſunt exempla alia. Ita illud explicat D. Salomon Jarchi l. memoriæ, Cod. ברכות, ad verba, Si ſic ſe res habeat, quum navis ejus mari mergitur, ita quoque erit: quod ſi hoc dicas, eo quoque caſu rem non mutari, quare dixit M Zabid &c.?

Vox אלמלא in Gemara uſitata, duobus modis uſurpatur: idem aliquando valet cum particula, *Si*, veluti, Si extraherent Chananiam, Miſchaëlem, & Azariam, ubi dicitur, *Si* extraherent. Dicit autem Magiſter noſter Tham in additamentis Cod. מגילה: ubi illa vox ſignificat, *Niſi*, ſcribi אלמלא cum aleph; ubi verò denotat *Si*, אלמלי cum jod finali plerumque pingi.

כביטול in magiſtrorum l. m. ſermone frequentiſſimum hoc ſibi vult, legem

שניתנה בכ״ב אותיות יכולה לומר דבר זה אבל לנו א״א לאומרו · א״נ כ״ב נוטריקון כתוב בתורה כענין אומרים בהרבה מקומות אלמלא מקרא כתוב אין הפה יכולה לאומרו וכן ראיתי בתוספות מגלה וזה הלשון משתמשין בו הרבה בהגדות בדברים שאינם דרך כבוד כלפי מעלה כמו כי חזק הוא ממנו כביכול כלפי מעלה אמרו וכן הרבה כיוצא בו ·

כל היכא דאמרינן אין המקרא יוצא מידי פשוטו אין הכונה אלא שלא יוציאוהו מפשוטו לגמרי והוא לשונם אין מקרא יוצא מידי פשוטו ולא אמרו אין מקרא אלא כפשוטו אבל יש לו פשוטו עם מדרשו ואינו יוצא מידי כל אחד מהם אבל יסבול הכתוב את הכל ויהיו שניהם אמת לשון · הרמב״ן ז״ל בהשגותיו לספר המצות ·

והא דאמרינן בכמה מקומות תקון סופרים הוא זה · אין הכונה חלילה שהוסיפו או שהותירו על מה שכתוב בתורה אפילו אות אחת אלא ענין תקון סופרים הוא שהם דקדקו ומצאו לפי ענין כל אחד ואחד מן הכתובים ההם שעיקר הכונה לא היתה כמו שנראה ממה שנכתב בספר אלא צד כונה אחרת ולא היה לו לכתוב

legem quæ 22 literis tradita eſt, hanc rem dicere poſſe; ſed nobis eandem dicere conceſſum non eſſe. Aut ſi etiam mavis, כ״ב eſt dictionum contractio, denotans in lege ſcriptum eſſe: quemadmodum plurimis locis dicunt, Niſi in lege ſcriptum eſſet, nullius ore id proferri poſſet. Sic in additamentis Cod. מגלה reperi. Hac phraſi ſæpe utuntur in ſermonibus popularibus; quum ea proponuntur, quæ Altiſſimi reſpectu gloriam minimè continent: veluti ad iſtud Num. 13. 32. *quia fortior eſt nobis*, Altiſſimi reſpectu, *ſi dicere fas ſit*, dixerunt. Sic multa ſimilia.

Vbicunque dicitur, *Scriptura à ſimplici ſenſu non abducitur*, nihil aliud intenditur, quam Scripturam à ſimplici ſenſu non omninò abduci. Sic loquuntur, Scriptura à ſimplici ſenſu non abducitur; non verò dicunt, Scripturam nonniſi ſimplici ſenſu accipiendam eſſe: ſed unà cum ſenſu ſimplici allegoricum habet. nec ab horum ullo abducitur; ſed Scriptura utrumque ſuſtinet, & ambo cum veritate conſentiunt. Ita loquitur D. Moſes f. Nachmanis l. m. in ſuis ad præceptorum librum obſervationibus.

Illud autem quod multis locis uſurpamus, *Hac eſt correctio ſcribarum*, hoc ſibi non vult (abſit) eos in lege ſcriptis adjunxiſſe aut addidiſſe vel unam literam. ſed per *ſcribarum correctionem* hoc denotatur, eos habito examine ex mente ſingulorum iſtorum locorũ obſervaſſe, non eſſe hanc præcipuam intentionem, quæ ex eo quod in libro ſcriptum eſt fluere videtur; verum aliud quid ſpectari; nec tamen hoc, ſed illo

לכתוב כן אלא כן כמו ואברהם
עודנו עומד ווי' עודנו עומד היה
לו לומר אלא שכינה הכתוב ולא
קראום תיקון סופרים אלא שהם
דקדקו ופירשו שהם כינויים·
לשון הרשב״א ז״ל·

כל היכא דאמרינן בו ביום
אמרו יום שמינו לרבי אלעזר
בן עזריה הוא כמו שנזכר בברכות
פרק תפלת השחר·

כל היכא דאיכא כי סליק רבי
פלוני· ר״ל מבבל לארץ ישראל
וכי אתא ר' פלו' מארץ ישראל
לבבל כמו האי צורבא מרבנן
דאתא ממערבא ומערבא ר״ל ארץ
ישראל שהיא במערב' של בבל
וכן דסלקין לעילא דנחתין לתתא
בבא בתר'·

כל היכא דאמרינן גופא לחדש
דבר וזו שיטת הגמר' בכל מקום
שמביא מימרא או ברייתא אגב
גררא והדר בעי לחדושי בה מידי
לפרושי או לאקשויי עלה מהדר
לה זימנא אחרינא ואומר גופא
כלומר מעיקרא אגב גררא הוא
והכא גופא ועיקרא · והות תמה
לי בפרק אלו טרפות גבי אמר
רבא ריאה דאיתלידא כאהינא
סומקא וכו' דאמרינן גופא אמר

modo ſcribendū fuiſſe. Quemadmodum Gen. 18. 22. *Ipſe Abraham ſtetit adhuc* (*coram Domino:*) ubi dicendum erat, Ipſe Dominus adhuc ſtetit; ſed Scriptura ἀὐφημίαν adhibuit. Itaque illa non vocarunt ſcribarum correctionem, niſi quia poſt inveſtigationem declararunt iſta loca ἀὐφημίαν continere. Ita exponit D. noſter Samſon f. Abrahami l. memoriæ.

Vbicunque dicimus, *Eo ipſo die dixerunt*, is dies deſignatur, quo ſibi præfecerūt D. Eleazarum f. Azariæ: quemadmodū commemoratur C. ברכות cap. *Preces matutinæ*.

Vbicunque occurrit, *Quum aſcendiſſet Doctor quidam*, hic ſenſus eſt, è Babylonia aſcendiſſe in Iſraëliticam regionem: ubi verò dicitur, *Quum veniſſet Doctor quidam*, ex Iſraëlitica regione in Babyloniam deſcendiſſe intelligitur. Sicuti, *Magiſtrorum ille diſcipulus magni acuminis, qui venit ex Occidente:* per Occidentem Iſraëlitica regio intelligitur, quæ ad Babyloniæ Occidentem ſita eſt. Similiter intelligenda iſta, *Qui furſum aſcendunt*, *Qui deorſum deſcendunt* Cod. בבא בתרא.

Vbicunque dicimus, *Corpus*, hoc fit ad ſermonis redintegrationem. Hæc eſt paſſim Gemaræ conſuetudo, ut quum dictum aliquod aut Baraitham in tranſcurſu protulit, poſteaque iterum nonnihil redintegrare vult, explicando aut objiciendo, ſecunda vice dicta reſumens præmittat, *Corpus:* ac ſi dicat, initio ἐν παρόδῳ mentio facta; hic verò corpus & fundamentum rei tractatur. Verumenimverò demiror quod legitur capite *Hac pro diſcerptis habentur*, ad hæc verba, Dixit Raba, pulmo cujus pellicula colorem allii rubri contraxit &c. quandoquidem ibi ſic loquimur, Corpus, dixit

רבא וכו' ולא קא מחדשינן בה מידי ואין זו שיטת הגמרא בכל מקום שוב ראיתי בפי' הר״ן להלכות שאומר בלשון הזה · הא דאמרינן גופא ואף על גב דלא קא מחדשינן בה מידי משום דאיידי דקא בעי לאיתויי הנך מימרי דרבא כולהו הדר אייתי נמי הא · ויש מקומות שהגמרא מקצר ואינו אומר גופא כמו שכתבו התוספות פרק כל הנשבעין גבי ראוהו שהטמין כלים תחת כנפיו ויצא כו' לפי גירסת רבינו חננאל דלא גריס אמר רב יהודה ראוהו שהטמין כלים כו' דתיהוי מילתא באנפיה נפשה אלא דאמר רב יהודה וכו' ואגב גררא דמתניתין נקטא ואחר שהביא הך מילתא דרבי יהודה חזר הגמרא ופירש ואמר לא אמרן אלא בבעל הבית שאינו עשוי למכור את כליו וכו' וכתבו שם התוספות דמן הראוי אחר שהביא ה המימרא אגב גררא היה לו לחזור ולומר גופא אמר רב יהודה וכו' ולימר עלה לא אמרן כו' כשיטת הגמרא בכל מקום אלא שיש מקומות שהגמרא מקצר ומטעם זה ניחא לי פ״ק דכתובות דפריך ומי איכא הוראה לאיסור · ומשני אין דתני הוט השדרה שנפסק ברובו דברי רבי ·

dixit Rabba &c. quum tamen in re propoſita nihil innovetur. Hęc non eſt ullo in loco Gemaræ formula. Denuò conſului Doctoris Niſin annotationes in ſtatuta, ubi ſic loquitur: Ecce quod dicamus *Corpus*, etſi in re propoſita nihil immutemus; hac fit occaſione, quod cũ author omnia iſta Rabæ verba adducere velit, iterum etiam illud adducat. Sunt autem loca ubi Gemara conciſè loquitur, nec dicit *Corpus*: quemadmodum ſcriptum exſtat in additamentis in caput *Quicunque jurant*, ad hæc verba, Viderunt eum vaſa occultantem ſub veſtimentis ſinuoſis, atque deinde egredientem &c. ſecundum lectionem Doctoris noſtri Hananelis, qui ſic non legit, Dixit M. Judas, Si viderunt eum vaſa occultantem &c. ut ſententia in ſe abſolutè proponatur; ſed, quod dixit D. Judas &c. Hoc autem in tranſcurſu occaſione Miſnæ arripiebatur. Poſtquam hanc ſententiam D. Judæ produxit, redit Gemara & eam explicat ac dicit, Nos ſic nõ ſtatuimus, niſi de eo patrefamilias qui ad vaſa ſua vendenda comparatus non eſt &c. Hic in additamentis ita ſcribitur: conveniens fuiſſe, ut poſtquam ſententiam ἐν παρόδῳ adduxiſſet, rediret & diceret *Corpus, dixit D. Iudas* &c. poſteaque ſubjungeret, nos ſic non ſtatuimus &c. ſecundum formulam paſſim in Gemara receptam; ſed loca eſſe ubi Gemara conciſè loquitur. Et huic rationi acquieſco cap. 1. כתובות: ubi objicitur, Et quid? Eſtne demonſtratio ipſi interdicto: & reſpondetur Ita; quia legitur, Spinæ dorſi medulla, quæ maxima ex parte eſt inciſa, licita eſt ex ſententia Ribbi;

רבי יעקב אומר אפילו נקב׳ הורה רבי כרבי יעקב אמר רב הונא אין הלכה כרבי יעקב׃ ומורי נ״ר תיר״ן בכאן לפי שו״ל למקשה שמקשה ומי איכא הוראה לאיסורא ראם ההוראה היא בטעמי׳ מספיקי׳ למה לא יהיה ההוראה לאיסור ולזה כשהקשה ומי איכא הוראה לאיסור א״ל אין והא תנן וכו׳ ר״ל וכשנותן טעם אמאי לא יהיה הוראה וז״ש והתנן הורוה ב״ה וכו׳ ואי נמי כי הא דתניא ר״ל לא זו בלבד אמרו אלא אף בלתי טעמא יש הוראה לאיסור כי הא דתניא וכו׳ ואמר רב הונא וכו׳ ונראה שאין הלכה כמותו וכשהוא מורה איתו מורה בטעם מספיק וע״כ הוראה מיקרי ע״כ׃ ולא היה צריך לאיתויי הך דרב הונא כלל כי מן הבריתא לחוד יש ראיה דאיכא הוראה לאיסור׃ אלא דא״ל דלחדש דבר בבריתא קא מיירי בדרך גופא ובדין הוא דה״ל למימר גופא חוט השדרה וכו׳ ולמימר עלה הך דרב הונא אלא שקצר הגמרא ועתיד אני לפרש הך סוגיא בשיטה אחרת בפרק הבא בע״ה׃

at D. Jacob inquit, Licet perforata ſit: Ribbi id demonſtrat, ut D. Jacob; ſed Magiſter Houna inquit, Conſtitutio non eſt ex mente D. Jacobi. Porrò præceptor meus (quem conſervet miſericors ille) hîc proponit hanc ſolutionem. quia objicienti, qui ſic objicit, Quid? caditne demonſtrationis nomen in interdictum? reſponderi poteſt, Quod ſi demonſtratio ſufficienti ratione nitatur, quidni demonſtrandi vox in interdictum cadat? ideo cum objiciens objicit, Et quid? Eſtne demonſtratio interdicto? reſpondetur *Etiam*, *nam ecce legunt* &c. id eſt, quum ratio additur, quare non adhiberetur demonſtrationis vox? Hoc eſt quod dicitur, *Ecce legimus, demonſtrant illud manifeſtè* &c. Aut etiam, *ſecundum illud quod legitur:* id eſt, non hoc tantũ dicunt; ſed etiam abſq; ratione demonſtrandi vocẽ de interdicto uſurpari: e. g. *Secundum illud quod legitur &c. at dixit M. Houna* &c. conſtitutio autem cum ipſo facere non videtur: quumque demonſtrat ipſe ſufficienti ratione non demonſtrat. itaque velis nolis, demonſtratio vocatur. Hucuſque illius ſunt verba. Neceſſe verò non erat, ut iſtud M. Hounæ ullo modo adduceretur: quia ex ſola Baraitha argumentum deſumitur, quo, in interdicto demonſtrationis vocem adhiberi, probetur. Sed id addit author, quia ut in Baraitha aliquid innovet, eo modo differit, quo adhiberi ſolet *Corpus*. Itaque meritò ipſi præmittendũ fuiſſet, *Corpus*, deinde filum ſive medulla ſpinæ dorſi, &c. poſteaq; addendum illud Magiſtri Hounæ. Verum Gemara brevitati conſuluit. Cæterum ego hunc ſermonem in alia formula exponam ſc. capite ſequenti, favente Domino.

Vbicun-

כל היכא דאמרינן מילתא אגב אורחיה קמ״ל הכי פי' לפי דרכו שרצה ללמדנו זה הדבר נתן סימן לדבריו דמתוך אותו סימן אנו למדין עוד דבר אחר כי הא דריש ברכות דקתני משעה שהכהנים נכנסין לאכול בתרומתם ולא קתני בהדיא משעת צאת הכוכבים לאשמועינן מילתא אגב ארחיה דכפרא לא מעכבא וכן ,כל כהנך׃

הא דאמר רבי בכל דוכתא דברי תורה מדברי קבלה לא ילפינן ׃ ר״ל דבר תורה תורת משה קרויה תורה לפי שנתנה לדורות׃ ושל נביאים לא מיקרי אלא דברי קבלה׃ שקבלו מרוח הקדש כל נבואה ונבואה לפי צורך השעה והדור והמעשה ומה שיש להוסיף בשיטה זו אכתבנו בפ' הבא בעה׃

Vbicunque dicimus, *Rem aliquam ſua hac docendi ratione docet nos*, hic eſt ſenſus, Secundum modum ſuum, quo nos hanc rem docere vult, verbis ſuis indicium impreſſit, ut ex iſto indicio aliud præterea diſceremus. Quemadmodum illud in initio ברכות: ubi legitur, Ab hora, qua ſacerdotes ingrediuntur, quò ſuam oblationem comedant. Hic non legitur manifeſtè, A tempore quo ſtellæ oriuntur: ut nos hac ſua ratione ac modo, quem ſervat, doceat aliquid; ſcilicet, expiationem non obſtare, quo minus illud fiat. Sic ſimilia omnia.

Ecce cum Ribbi paſſim dicit, Verba legis è verbis traditionum non diſcimus; hoc ſibi vult quum verbum legis dicit, legem Moſis vocari legem, quòd ſeculis omnibus data ſit. Sed verba prophetarum nonniſi traditionis verba vocantur: quia à Spiritu Sancto traditas acceperunt ſingulas prophetias, prout tempus exigeret, aut ſeculi iſtius homines, aut denique factum aliquod. Quod verò huic formulæ addendum eſſet, ſequenti capite, Deo dante, conſcribam.

הפרק השני

שיטת הגמרא׳ לעולם בסתיא אחד הוא מקשה אחד כאשר תראה בעלי התוספות והחידושים משתדלים בכל מקום לישא וליתן בדברי המקשה מדידיה לדידיה וזה מפני שהרב המקשה הוא אחד ולא שנים וזו פנה תלמודית מפורסמת ונגלית

Caput II.

FOrmula hæc Gemaræ perpetua eſt, ut in uno paragrapho qui objicit ſemper unus ſit: quemadmodum vides additamentorum & animadverſionum authores ubique occupari, conferentes & examinantes opponentis verba alia ex aliis: idque quia Magiſter qui objicit, unus tantum eſt, non duo. Hoc eſt artis principium, pervulgatum & manifeſtum, cui

non contradicitur. Verumenimverò aliquando eò compelluntur, ut ita dicant, Hic eſt Gemaræ author, non is qui initio objiciebat: quod fit ob magnam neceſſitatem, quia nec ad dextram nec ad ſiniſtram declinari poteſt.

Eſt Gemaræ conſuetudo, quum è Baraitha objicit, ut eam primò aptè concilìet, & poſtea regrediatur, atque ex ipſa infringat ſive objiciat; quamvis nihilominus objicere potuiſſet. Ratio hæc eſt, ne diceretur, Confuſum dictum eſt, non Baraitha D. Hijæ & D. Oſchaïæ: ſic enim vulgo loqui ſolemus, Quamcunque Baraitham in familia D. Hijæ & D. Oſchaïæ non legerunt, confuſa ſententia eſt; nec inde objiciunt in ſchola, vel objectionem ſolvunt. Quemadmodum illud cap. *legebat*, ad verba, Rabus manus ſuas lavabat & legebat ſect. *Audi*; deinde phylacteria alligabat & orabat; excipiunt &c. uſque ad verba, Ecce ipſum illud repugnat &c. Ecce non eſt objectio, uſque ad verba, Nihilominus eſt objectio. Quaſi dicatur, Quod tu objicis non eſt objectio; attamen eſt objectio contra Rabum. Vbi autem in Gemata dicitur, Ecce non eſt objectio, talem admittit explicationem; ſi nulla eſt objectio præter hanc, hæc non eſt objectio. Ecce, quamvis Rabo objicere potuiſſet, rem ita ſe non habere, idque ex fine, ubi legitur, Alligat phylacteria & legit ſectionem *Audi*; nihilominus illam Baraitham primò aptè diſponit, poſteaq; redit ac dicit, Objicitur Rabo. Sic per univerſam Gemaram.

אין הרהור בה׃ ואולם לפעמים דוחקי' לומר בעל הגמרא הוא זה ולא המקשה הראשון וזה מתוך דוחק גדול שאין לנטות ימין ושמאל׃

דרך הגמרא כשמקשה מברית' מתקן לה ברישא והדר פריך מינה ואף על פי שהיה יכול להקשות מ״מ וטעמא כי היכי דלא לימא משבשת' היא ולא מתנית' רבי חייא ורבי אושעיא ואמרינן בעלמא כל ברייתא דלא מתני בי רבי חייא ור' אושעיא משבשתא היא ולא מותבינן בה בי מדרשא ולא מפרקינן מינה כי הא דפרק היית קורא גבי רב משי ידיה וקרי ק״ש ומנח תפילי ומצלי מתיבי וכו' עד הא גופא קשיא וכו' הא לא קשיא עד מ״מ קשיא כלומר מה שאתה מקשה אינה קושיא מכל מקום קשיא לרב וכל הא לא קשיא שבגמרא כך פירושה אם אין קושיא אחרת אלא זו זו אינה קושיא. הנה אף על פי שהיה יכול להקשות לרב בלאו הכי מסיפא דקתני מניח תפילין וקורא ק״ש אפילו הכי תקן לה ברישא והדר אמר קשיא לרב וכן בכולי גמרא׃

כשהגמרא מתרץ תירוץ אחד

Quum Gemara ſolutionem quandam proponit, quam rejicimus, atque

וסתריתן לית והדר בעי לפרוקי פירוקא אחרינא אמרינן בתירוצא בתרא אלא שלשון אלא מורה שהתירוץ הראשון לעולם דחוי שכן משמע לא כך אלא כך ודוקא כשהמתרץ אינו המקשה אבל כשהרב המתרץ הוא היה ה המקשה בעצמו שייך לומר אלא ואף על פי שלא קדם לו תירוץ אחר · בשבת פרק במה אשה יוצאה וכו' · גבי אלו חוצצין · מתקיף לה רב יוסף וכו' וכתבו שם התוספות לפי שרב יוסף עצמו היה מקשה שייך לומ' אלא וכן בהרבה מקומות:

כל אי הכי שבגמרא מתפרש הכי אי אמרת בשלמא דלשון אי הכי משמע לדידך קשיא הא לדידי ניחא ואנו רגילין לומר אי אמרת בשלמא על זה הדרך א״א בשלמא לדידי לא קשה מה שאני מקשה· עתה נהי דקושייתי הראשונה במקומה עומדת אלא השתא דתירצת ואמרת כך וכך קשיא כגון בריש כתובות גבי מן הסכנה וא״לך נהגו העם לכנוס בג' וכו' דאקשינן אי הכי בג' נמי אתי ובעיל וכו' ולחויה קשה ג״ב בג' נמי איכא למיחש דתהרג אלא דמפרשינן ליה בא״א בשלמא הכי א״א בשלמא לדידי דאמינא דאמרי בתולה

atque redit aliamque ſolutionem quærit; in ſecunda ſolutione utimur *Sed:* quæ vocula *Sed* priorem ſolutionem in perpetuum rejici docet. Ita enim docetur q. d. non hoc, ſed illo modo. Tamen hoc tum demum locum habet, cum is qui ſolvit non eſt idem cum objiciente: verũ quum M. ſolvens cum objiciente omnino idem eſt, quadrat etiam ut dicamus *Sed*; etſi alia ſolutio non præcedit. In שבת capite, *Cum qua re mulier egreditur?* &c. ad verba *Hæc dividunt.* Impugnat eam rem Mag. Joſe &c. Vbi in additamentis ſcriptum: Quia ipſe M. Joſe objicit, quadrat vocula *Sed.* Sic aliis multis locis.

Omne *Si ſic*, quod in Gemara occurrit, ita explicatur; ſi dicas quod conſentiat: nam formula, *Si ſic*, hoc ſibi vult, Tuæ ſententiæ reſpectu eſt quædam difficultas; at meæ reſpectu benè habent omnia. Nos verò illud, *Si dicas quod conſentit*, hoc modo adhibere ſolemus. Si dicas quod meo dicto conſentiat, non habet difficultatem quod jam objicio; quamvis prior mea objectio ſuo loco conſiſtat: ſed jam cum reſpondiſti ac dixiſti hoc vel illo modo, difficultas oritur. Quemadmodum initio כתובות, ad verba, Ab eo tempore quo exortum eſt periculum ac deinceps, populus feria tertia uxores ducere conſuevit &c. ubi objicimus, Si ſic dicas, tertio die etiam veniet & concumbet &c. atque ejuſdem dicto etiam ſimile adverſatur, ſc. Tertio die etiam metuendum eſt ne occidatur. Verum id per, Si dicas quod non conſentiat, explicamus hoc modo: Si dicas quod mihi conſentiat, qui dico, Quod

בתולה נשאת בד' תהרג ליכא למיחש בג' דלא כוונו אלא להעביר על דת והא עברו על תקנת ד' שהיא עיקר נהי דמׄ קושיותי הראשונה נהגו לגמרׄ נעקרה במקומה עומדת אלא אי אמרת דאמרי תבעל להגמון תחלה בג' נמי אתי ובעיל כיון דלהנאת עצמם כוונו ועל זה הדרך בכוליה גמרא ·

פעמים מקשה מאי קמ״ל תנינא כדיוקא ומתרץ פלוני דיוקא דמתניתין אתא לאשמועינן פרק האשה אמר רב הונא אין מ מחזיקין בנכסי קטן וכו' ואקשינן ורב הונא מתניתין אתא ל לאשמועינן ומהדרינן רב הונא דיוקא דמתניתין אתא לאשמועינן הילכך היכא דדייקינן על המשנה זה הכלל לאיתויי מאי לאיתויי הא דפלוני כי הא דפרק הגוזל זה הכלל כל הגזלנים וכו' זה הכלל לאיתויי מאי לאיתויי הא דר' אלעזר אין להקשות בזה ומיתא בזה רבי אלעזר מתניתין אתא לאשמועינן דהא מתניתין לא מיפרשא בהדיא ולא ידעינן זה הכלל אי לאו דרבי אלעזר ומיהו יש לי עיון בכל היכא דאמרינן פלוני דיוקא דמתניתין

excipiant, virgo ſi feria quarta nubat occidet ſe ipſam; non eſt metuendum feria tertia, quum non niſi legis tranſgreſſioné intendant, & ecce tranſgrediuntur conſtitutionem quartæ feriæ, quæ primaria erat: quamvis nihilominus prior objectio, *Quod ſic omninò conſueverit*, evertitur, hæc objectio inquam loco ſuo maneat. Sed ſi dicas, Ita ajunt, primò à Præfecto comprimetur; tertiâ etiam veniet & comprimet, quandoquidem id ſtudent ut ſibi ipſis commodent. Eodem modo hoc fit in univerſa Gemara.

Aliquando objiciunt, Quid docet nos? jam id in Miſna legimus: nempe per conſequentiam. Et reſpondet quidam: quod ex Miſna conſequitur, nos docere aggreditur. Vt capite, *Fœmina*, dicit M. Houna, Non arripiunt facultates junioris &c. Hic objicimus, An M. Houna nos Miſnam docere aggreditur; atque reſpondemus, M. Houna quod è Miſna eruitur nos docere intendit. Itaque quum ſic è Miſna conſectarium eruentes dicimus, Hæc regula generalis ad quam rem docendam ſpectat? R. ut doceamur quod N. dicit: ſicut illud capitis, *Qui rapit*. Hæc generalis regula, Omnes raptores &c. hoc generale dictum quam rem docet? ut producat ſive doceat illud D. Eleazaris: quum inquam ſic loquimur, in hoc dicto & ſimilibus non eſt quod objiciatur, An D. Eleazar nos Miſnam docere intendit? nam Miſna non erat penitus ac palam perſpecta, & abſque D. Eleazare fuiſſet, iſtud generale pronuntiatum non cognoviſſemus. Attamé videtur mihi id conſideratione dignum, ubicunq; dicimus, Quidam Miſnæ conſe-

אתא לאשמועינן א״כ יאמר דבריו
על המשנה ולימא ואת אומרת
וכיוצא בזה·

וראוי שתדע דלא פרכינן מאי
קמ״ל תנינא אלא ממשנה לפי
שהיא שגורה בפי הכל · אבל
מברייתא לא שהברייתות אינם
שגורות בפי הכל והרבה אמוראים
אינם יודעים הברייתא כדאמרינן
פלוני ברייתא לא שמיע ליה·
והבריתות מצא בפ״ק דמנחות
דפריך מאי קמ״ל תניא מברייתא'
ואומר דהתם היינו טעמא דקי'
ליה לגמרא שאותה ברייתא
היתה ידועה ושגורה בפי הכל
כמו המשנה וכן מצינו שמקשה
מאי קמ״ל מאמורא לאמורא פרק
המניח דמקשינן על מילתיה
דרב הונא בריה דרב יהושע
מאי קמ״ל והא אמרה רבה חדא
זימנא וכו' וטעמא משום דרבה
קדמון היה וקים ליה לגמרא
דהוה דריש מילתא בפי הכל·
ומסתמא שמעה רב הונא בריה
דרב יהושע · ומה פריך עלה מאי
קמ״ל · והא אמרה רבה חדא
זימנא ומהאי טעמא ניחא לן
בפרק אלו נערות דאמר רב פפא
היתה פרה גנובה לו וטבחה
בשבת חייב · ואקשינן רב פפא
פרה אתא לאשמועינן כלומר
מאי קמ״ל רב פפא הא אמרה
רבה

conſequens nos docere intẽdit. Si ita eſſet, ad Miſnam verba ſua apponeret, ac diceret, Hæc Miſna dicit. Sic alia ſimilia.

Scire autem convenit, nos non niſi è Miſnajoth ſic objicere, Quid docet nos? atqui jam legimus: idque quia Miſnajoth *πολυθρύλλητοι* & in ore ſunt omnibus. E Baraitha verò eo modo non objicimus, quia Baraithoth in ore omnium *πολυθρύλλητοι* non ſunt. Imo multi Gemarici D. Baraitoth ignorant: quemadmodum dicimus, Iſte vir Baraitham nunquam audivit. Attamen author הבריתות invenit cap. I. Cod. מנחות, quod objiciatur, Quid nos docet? atqui jam legimus; idque è Baraitoth ſive exoticis. Reſpondet verò, iſtius hanc eſſe rationem, quod Gemaræ indubium ſit, iſtam Baraitham notam eſſe, omniumque ore ita ferri, ac ſi Miſna eſſet. Similiter, Quid docet nos? jam legimus; ita inquam Gemaricum contra Gemaricum D. proferri invenimus, capite, *Qui collocat*: ubi impugnamus ſermonem M. Hounæ f. M. Joſuæ, Quid docemur? iſtud jam aliquando Rabba dixit &c. Ratio eſt, quia Rabba antiquus author eſt; & Gemara non dubitat, dictum illud apud omnes eſſe divulgatum: abſoluteque M. Hounam f. M. Joſuæ id audiviſſe, receptum. Ideoque objicitur, Quid docemur? ecce id aliquando dixit Rabba. Huic rationi acquieſcimus capite *Hæ puellæ*: ubi M. Papa ait, Si quis furto oblatam juvencam habeat, eamq; ſabbatho mactet, tenetur. Hic objicimus, An Magiſter Papa de juvenca aliquid nos docere vult? q. d. Quid docet nos M. Papa? id ecce jam hoc

modo in ſuperioribus docuit M. Rabba: Si furatus ſit hœdum, eumque die ſabbathi mactet, tenetur. Et quid? de juvenca nos docere intendit? Sed ita objicere videtur, quod Rabba M. Papa eſſet antiquior. Nec dici poteſt, hic *Raba* legendum eſſe: hic enim ipſius fuit diſcipulus, ſicuti multis locis evincitur, ubi ſui præceptoris verbis impugnatur, Quid docet nos? quia abſolute id eum ab illo hauſiſſe recipitur. Jam illic expoſuit D.S. Jarchi, legere nos Rabba cũ ה finali: quod ē conſtitutione illius paragraphi probat. Hęc ergo videtur ratio, quemadmodũ hic ſcribo.

Authoritate Gemarici alicujus contra Gemaricum Doct. non pugnant: nam reſponderet quis, Hominem homini opponis. Quemadmodum in Sanedrin legitur, cap. *Qui eligit*. Aliquando autē ē Gemarici D. authoritate objectionē deſumimus, quum conſtitutionem ex ipſius mente eſſe certum habemus: ſecundum illud quod in Bava Kama dicitur, Atqui ait D. Johannes, Rapuit; nec animum deſponderunt juſti domini &c. Talia multa ſunt.

Gemaræ hoc in more poſitum, ut ē Baraitha contra Gemaricum D. objiciat; etſi jam ex alia Baraitha objectum fuit: atque tũ ſibi ſatisfacit dicendo, Quid dicemus? R. ex illa Baraitha etiam iſtius objectionem depromi. Sic loquuntur in 'קדושי c. 1. ubi objicimus Reſch Lakiſcho dicenti, Mors patris ē domini poteſtate liberat, arg. ab impari &c. Ibi mirantur: ât nonne Reſch Lakiſcho jam ſemel objectum fuit? idne reſumunt? Dicemus ex illa etiam Baraitha depromi objectionem. Sic ſæpe

רבה לעיל' היה גדי גנוב לו וטבחו בשבת חייב · וכי פרה אתא לאשמעינן ונראה דמקשה הכי משום דרבה קדמון מרב פפא היה ואין לומר דהתם גרסינן רבא ותלמידו היה כדמוכח בכמה דוכתין ומקשה עליה מדברי רבו מאי קמ"ל משום דכתם שמעה מיניה כבר פירש רשי' לשם דרבה בהא גרסינן ומוכח לה משמעתין התם הילכך נראה כעמא כדכתיבנא ·

אין מקשין מאמורא לאמורא משום דאמר ליה גברא אגברא קא רמית כדאיתא בסנהדרין פרק הנחר ופעמים פרכינן מאמורא היכא דקים לן דהלכה כמותו כי הא דקמ' והא אמר רבי יוחנן גזל ולא נתיאשו הבעלים וכו' ורבים כמוהו ·

דרך הגמרא להקשות לאמורא מברייתא ואף על גב דאיתותב מברייתא' אחרת ניחא ליה בהכי לומר מי נימא דתיהוי תיובתיה נמי מהא · והכי אמרי בקדושין פ"ק דאותבינן לריש לקיש דאמר מיתת האב מ מוציאה מרשות האדון בק"ו וכו' ומתמהי ולא איתותב לר"ל חדא זימנא ומהדרינן נימא תהוי תיובתיה נמי מהא וכן תמצא

בהרבה מקומות ׀ ולאו מי אותיבנא חדא זימנא · כל היכא דאמרינן תניא כותיה דפלוני ממילא הויא תיובתא דבר פלוגתיה ואין דרך להקשות לו שוב מאותה ברייתא וראיתי סוגיא תמוה פרק תפלת השחר גבי תפלות אבות תקנום דפליגי התם רבי יהושע בן לוי ורבי יוסי בר חנינא · ואמרי תניא כוותיה דרבי יהושע והדר אמר נימא תיהוי תיובתיה דרבי יוסי בר חנינא ואין זו שיטה בגמרא דאומר תני כוותיה דפלוני והדר מותיב מינה לאידך ובאמת שהיה קשה מאד להתפתח אלא שראיתי הבריתות בשיטה אחרת מתעורר בזה ואומר התם קים ליה לבעל הגמרא שאותה הברייתא היתה שגורה וידועה במדרשו של רבי יוסי בר חנינא ומה דחיקא ליה מילתא היכי פליג עלה · וטעם מספיק הוא לישב השיטה·האמורא אין לו כח לחלוק על התנא בשום פנים בעולם ואמנם גבי רב ורבי חייא מצינו שאומר לפעמים רב תנא הוא ופליג בפ״ק דכתובות רבי חייא תנא הוא ופליג בפ״ק דמציעא· ופשיטא שאינם תנאים שלא הוזכרו לא במשנה ולא בברייתא אלא ר״ל שהם חשובים כמו תנאים ויכולים לחלוק על משנה וברייתא וזה התירוץ אינו מתרץ אלא מתוך

reperies: Nonne hoc eſt, quod jam ſemel objecimus. Vbicunque dicimus, Legimus in Baraitis quod pro illo N. faciat; ex illo ipſo dicto jam objectum eſt contra eum, qui illi repugnat: nec moris eſt, ei denuo objicere ex illa Baraitha. At mirandum contextum vidi capite, *Preces matutinæ*, ad verba, Patres ordinarunt preces. Vbi inter ſe diſcrepant D. Joſua filius Levi & D. Joſe, filius Haninæ: & dicitur, In Baraithis exſtat quod pro D. Joſua faciat; tamen redit Gemara & ſic loquitur, Dicemus hanc eſſe objectionem contra D. Joſen filium Haninæ. Atqui non eſt Gematæ formula, ut cum dixit, In Baraithis legitur, quod confirmat ſententiam hujus; redeat poſtea ac inde objiciat contra illum. Verum quidem eſt, hunc nodum diſſolvere difficile eſſe: attamen autorem כריתות in alia explicanda formula huic rei etiam invigilaſſe obſervavi. Dicit ergo, Gemaræ illic certum erat, Baraitham illam vulgatam & notiſſimam eſſe in ſchola D. Joſes f. Haninæ; ideoq; hoc illi ſcrupulum movebat, quî hic ab illa diſſentiret. Hæc ratio ad formulæ defenſionem ſufficit. Gemaricus nullo modo contra Miſnicum venire unquam poteſt: nihilominus in Rabo & D. Hija quandoque dici invenimus, Rab eſt Miſnicus & diſſentit (c. 1. C. כתובות) & D. Hija Miſnicus eſt & diſſentit (cap. 1. Babæ mediæ;) quum tamen certum ſit, eos non eſſe Miſnicos, quia nec in Miſna, nec in Baraitha commemorantur. Sed hoc ſibi volunt, eos eo loco haberi ac ſi Miſnici eſſent, & à Miſna & Baraitha diſſentire poſſe. Hanc ſolutionem non niſi magna dif-

ficultate preſſus author proponit, quum aliam non invenit: quemadmodum illic initio Babæ mediæ oſtenditur, ubi Gemara prius contra D. Hijam è Miſna objicit, nec ita ſolvit, *Miſnicus eſt & diſſentit*, ante finem; quum non niſi hoc modo ſolvere poſſet. Capite autem 1. כתובות, ubi Gemara contra Rabum (qui ſponſos è numero eſſe &c. dicebat) objicit è Baraitha, Quædam Baraitha habet, lugentes & ſponſos in illo eſſe numero: ſic ſolvit, Miſna ſit, eamque opponas licet Rabo; Rab Miſnicus eſt, & diſſentire poteſt. At hoc modo non ſolvit, ſc. illam Baraitham in ciborum benedictione obtinere; & dicere Rabum fil. Bar-Hanæ &c. quemadmodum ibi è Doct. Joannis mente conciliat. Jam olim iſtic additaméta hæc annotaverunt: In iſto major Gemaræ viſa eſt difficultas; magiſq; ſatisfecit ut doceret, Rab Miſnicus eſt & diſſentit: quum nimirũ nos Rabum pro Miſnico habeamus. At Doct. Johannes eum pro Miſnico non habuit: quia Gemara ubi de D. Johanne agit, ſic non ſolvit, D. Johannes cum Rabo ſentit, & Rab Miſnicus eſt, eiq̃ue diſſentire licet. Itaque Rab à D. Johanne Miſnicus non cenſebatur.

Quandoq; Gemara ſolutionem quandam proponit, quum aliam proponere poſſet: ſed unam ex iis deſumit. Hoc è capite, *Qui calceum exuit*, docemur, circa controverſiam D. Iſmaelis & D. Akibæ, de iis qui ſervos non circumciſos alunt &c. ubi loquimur, cum D. Akiba ſic controverſiam dirimit, ſermonem de eo eſſe, qui circa veſperam ſervum ſibi comparat; ſic inquam

דוחק גדול שאינו מוצא תירוץ אחר כדמוכח התם בריש מציעא דמקשה ברישא על רבי חייא מכח מתניתין ולא מתרץ תנא הוא ופלי' עד לבסוף דלא הוה איפשר ליה בלאו הכי · בפ״ק דכתובות דמקשה על רב דאמר חתנים מן המנין וכו' ממתניתא דתניא אבלים וחתנים מן המנין ומתרץ מתניתין קא ורמית עליה דרב רב תנא הוא ופליג ולא מתרץ כי תניא ההיא בברכת המזון וכי קאמר רב ב״ר בר חנא וכו' כדמתרץ התם אליבא דרבי יוחנן כבר כתבו שם התוספות בזה נ״ל דוחק יותר וניחא ליה טפי לשנויי · ורב תנא הוא ופליג ודוקא אנן חשבינן לרב כתנא אבל רבי יוחנן לא חשיב ליה כתנא מדלא מתרץ התם גבי רבי יוחנן ר' יוחנן כרב ס״ל ורב תנא הוא ופליג אלמא לא חשיב רב לרבי יוחנן כתנא ·

וזימנין דמתרץ הגמרא חדא פרוקא והוא מצי למימר פירוקא אחרינא אלא חדא מינייהו נקט וילפינן הא מילתא מפרק החולץ גבי פלוגתא דרבי ישמעאל ורבי עקיבא במקיימי עברים שאתם מולי' וכו' ואמרינן ארמשני ליה ר' עקיבא בלוקח עבר בין השמשות לישני ליה

הא ומהדר תרא מתרי טעמי נקט וכן אומר הכריתות פעמים יש כמה פירוקים והגמרא לא חש לתרץ אלא חד מינייהו·

מצינו קושיא שמקשה אמורא שמשיב עליה אמורא שקדם לו הרבה כי הא דיבמות פרק חרש אמר רבא אי קשיא הא קשיא וקא מהדר ר׳ אלעזר לתרוצה ורבי אלעזר קודם לרבה הרבה וכן בשמעתא קמייתא דחולין דקא שקלי וטרי אביי ורבא לתרוצי קושיא שהקשה רב אשי כדמוכח התם א״ל רב אשי אנא ושחיטת׳ כשרה קא קל׳· ואביי ורבא קדמו לרב אשי בזמן ׀ וכה״ג ברוכתי אחריני והענין בזה לומר שאותה הקושיא הוקשית גם בימי הראשונים ותרצוה·

אשכחן בגמרא שהאמורא ישאל בדבר והוא עצמו ישיב לשאלתו ושמו יהיה נזכר בין השאלה והפשיטות כפרק אלו מציאות במשנת מצא פירות מפוזרין· וכמה אמר ר׳ יצחק קב בד׳ אמות והאי וכמה הוי מדברי רבי יצחק דליכא למימר סתמא דגמרא קא בעי לה דהא קאמר בתר הכי דלא בעי שיעורא כלל עיין שם· ואם כן ע״כ האי

inquam loquimur, An ipſi objectio ſic ſolvenda erat? Deinde reſpondetur, Vnam ex duabus rationibus ſumpſit. Sic author כריתות, inquit: aliquando multas ſolutiones eſſe, ſed Gemaræ non eſſe curæ, ut aliter quam uno modo objectionem ſolvat.

Invenimus objectionem, quam Gemaricus Doctor objicit; cui tamen Gemaricus alter jam olim reſponderat. Quemadmodum Cod. יבמות, capite *Surdus*, inquit Raba, Si ulla eſt objectio, hæc eſt; atqui jam olim ad ejus ſolutionem ſe converterat D. Eleazar, qui diu ante ipſum etiam Rabbam vixit. Similiter conſtitutione prima Cod. חולין: ubi multa verba commutant Abæus & Raba, quò illam ſolvant objectionem, quam M. Aſe poſtea objicit; ſicuti ibi arguitur. Reſpondit ei M. Aſe, Quod ad me attinet, iſtud, Ejuſque mactatio legitima eſt, ſcrupulũ mihi movet: at Abæus & Raba Magiſtrũ Aſen tempore antecedunt. Eodem modo alibi paſſim. ſenſus verò hic eſt, ut indicetur hanc objectionem jam antiquiorum temporibus propoſitam ac ſolutam fuiſſe.

Invenimus in Gemara, ipſum Gemaricum D. cum aliquid interrogare, tum quæſtioni reſpondere, ejuſque nomen commemorari inter interrogationem & reſponſionem. Capite, *Hæc inventa*, ad Miſnam, *invenit fructus diſperſos:* Et quanto ſpatio? Reſpondit Doct. Iſaac, Invenit cabum per quatuor cubita diſperſum. Iſta, *Et quanto ſpatio?* Doct. Iſaaci verba ſunt: nec dicere licet, abſolutum ſermonem eſſe Gemaræ quæ interrogat: quia ecce poſtea dicit, nullum certum requiri ſpatium. Vide locum. Quod ſi ita eſt, velis nolis, iſta

Et quanto ſpatio? ſunt verba D. Iſaaci: ac ſi diceretur, Interrogavit D. Iſaac, *Et quanto ſpatio*? Reſp. Per quatuor cubita cabum &c. Similiter in Cod. חגיגה. Sic manifeſtè arguitur capite, *Omnis libellus repudii*, ad Miſnam, de libellis mulierum: ubi Raba reſpondet nullam eſſe objectionem. Iſtic narrant, ipſumRabam objeciſſe iſtam objectionem: nam Gemara ſic loquitur, Pro Raba, quod D. Zeræ ſententiam ſequutus non ſit, facit Miſna: quia de ipſo dicendũ, quod traditiones ſibi invicem opponat. Itaque ipſe Raba objectionem propoſuit. Sic aliis locis fieri conſuevit.

Multis locis Gemara Miſnam illuſtrat, eique nonnulla addit: quemadmodum quum dicunt, Omninò aliquid deeſt, ac ſic legendum. At hoc tantum modo additur quidpiam: ſed ſententia in contrariam non mutatur. uti arguitur è C. 1. כתובות, ad verba, Quicunque hunc morem non ſequitur, illam exceptionem de virginitate objicere non poteſt. Hic Abæus inquit, Legitur, Quicunque morem ſequitur: cui reſpondet Raba, At ecce, legitur, Quicunque non ſervat morem. Ratio eſt, quia homo inter legendum quandoque errat, út quidpiam per oblivionem omittat; ſed ut ſermonem in contrariam ſententiam immutet, non item. Sic eodem modo enarrat D. S. Jarchi l. m. ad c. 1. Sanedrin.

Miſnicis Doctoribus eſt in more poſitum, ut verba ſua abſolutè proponant, nec explicent: ideoque eos veluti premere poſſumus, atque ab apparenti verborum ſenſu abducere, & dicere, Talis in illis ſenſus eſt; aut dicere, Sic loquuntur. Similia multa ſunt, quæ authorẽ in anguſtias redigunt, per totam

וכמה מדברי רבי יצחק הוא וכאלו אמר· אמר רב יצחק וכמה קב בד' אמות וכן בחגיגה וכן מוכח בהדיא פרק כל הגט גבי מתניתין דגיטי נשים ומתרץ רבא לא קשיא· והזכירו התם דרב' גפיה הקשה הקושיא דאמר בשלמא רבא לא אמר כרבי זירא מתניתין אלימא ליה לאקשויי אלמא רבא עצמו הקשה הקושיא ודכוותיה במקומות אחרים·

בהרבה מקומות מגיה הגמרא המשנה ומוסיף בה דברים כאומרם חסורי מיחסרא והכי קתני ורוקא להוסיף אבל להחליף הדבר בהפכו לא כדמוכח פק׳ דכתובות גבי כל שלא נהג במנהג הזה אין יכול לטעון טענת בתולים ואמר אביי התם תני כל שנהג· וא׳ל רבא והא כל שלא נהג קתני׃ והטעם משום דאדם טועה בגירסא לחסר דבר על ידי שכחה אבל להחליף דבר בהפכו לא וכן פרשי׳ ז׳ל בכה׳ג פרק קמא דסנהדרין·

· דרכי התנאים לסתום דבריהם ולא לפרש ולזה אנו יכולין לדחקן ולהוציאם ממשמעות ולומר הב׳ע או הק׳ · וכיוצא מה מהרחקים· הרבה בגוליה

גמרא שאומר גבי התנאים ׀ אבל דרכי האמוראים לפרש ולא לסתום ולזה אין אנו יכולים לרוחקם ולהוציא' ממשמעות בשום פנים ולומ' הב̇ע או ה̇ק וכיוצ' בזה מהרוחקי' שאומרים גבי התנאים שהאמורא היה לו לבאר ולפרש דבריו · ומדלא פירש דבריו משמען כפשוטן והאריך בזה הכריתות פ' התכלת · דלא אוקי התם דברי האמורא באופן ש שהעמדנו באותה הסוגיא עצמה בברייתא אחרת גבי חוטי צמר פטורין בשל פשתן ושל פשתן בשל צמר וכו' והיינו מפני שהאמורא היה לו לפרש דבריו מה שאין כן התנא וזה מכוון דבריו ואין צורך באריכות ·

אשכחן דוכתה דמקשינן ל לימא כתנאי ומהדרינן כ̇ע לית להו מילתא דהך אמורא בע̇א פרק רבי ישמעאל גבי ע̇א שעובדין אותה במקל חייב כלומר לא בעינן כעין פנים · ואמרינן לימא כתנאי וכו' ו ומהדרינן כ̇ע כעין פנים בעינן כלומר ולא אתי האמורא בשום אחד מהם · וכיוצא בזה במקומות אחרים ופליאה דעת ממני

Gemaram in Miſnicorum dictis obviam. Sed Gemaricorum conſuetudo eſt, explicitè, non præciſè ſua proponere: ideoque eos urgere, & ullo modo ex apparenti verborum ſenſu protrahere non poſſumus; nec dicere, Talis in illis ſenſus eſt, aut, Sic loquuntur: ſimiliave dicere, quibus ab authoribus alia ſententia exprimitur, quæq; apud Miſnicos reperiuntur. Nam Gemarici eſt, ſua verba explanare & explicare: ergo quandoquidem ea non explicat, eorum mens cenſetur ſecundum ſimplicem ipſorū ſenſum. Hac in re prolixus eſt author כריתות ad caput *Hyacinthus*: ubi Gemarici verba non diſponit eo modo, quo tamen in eodem ipſo diſcurſu circa aliam Baraitham diſponimus; quum dicitur, Filis laneis abſolvuntur, quum tunicam lineam geſtant; item filis lineis, quum lanea induuntur &c. Idque ideo, quia Gemarici erat verba ſua exponere; ad quod Miſnicus non tenebatur. Hic eſt illius verborum ſenſus: nec prolixitate opus eſt.

Habemus loca ubi ſic objicimus, Dicendumne eſt, eſſe hoc ſecundum diverſas Miſnicorum ſententias? atque ita reſpondemus, Toti mundo iſtius Gemarici ſententia non probatur. Codice de Idololatria, capite, *D. Iſmael*, ad verba, Idolo quod in baculo colunt, reus etiam quis conſtituitur: q.d. quandam imaginem, ſive veluti faciem, nō requirimus. Vbi quærimus, Dicendumne eſt, eſſe hoc ſecundum diverſas Miſnicorum ſententias? atque reſpondemus, Per totum mundum faciei ſimilitudinem exigimus: quaſi dicatur, Nec Gemaricus cum illorum ullo facit. Similiter aliis locis: & hujus ſcientia à me occulta eſt,

נשגבת לא אוכל לה · דאיהו החיקא ליה איך יאמר התנא°דבר דלא ככ״ע כמ״ש בהוראת הלשון בפרק שעבר · וקא מהדר ליה אפילו כחד לא אתי ואין זו שיטה הגמרא והכריתות התעורר בזה התימא הנפלא ולא העלה בידו כלום זולתי אמר צריך לבאר טעם כל אחד ואחד לפי ענינו ! וצ״ע ·

בכוליה גמרא אומר לימא תנן סתמא דלא כפלוני ופעמים אומר לימא תנן סתמא כפלוני כמו לימא תנן סתמא כרבי אליעזר פק׳ דערובין גבי לחיים שאמרו גבוהים י׳ וכן בברכות וצריך טעם שאין הגמרא מוליך השיטה שוה בכל מקום · ומורי החכם נר״ו היה נותן טעם לשבח גבי רבי אליעזר דרבי אליעזר שמותי הוא ואין הלכה כמותו בכל מקום ומה דחיקא ליה מילתא לגמרא טפי גבי רבי אליעזר לומר תנן סתמא כוותיה כלומר והלכה כמותו כדין סתם במשנה מלמימר תנן סתמא דלא כבר

altior quam ut aſſequi queam. Etenim hoc authori Gemaræ ſcrupulum movet, quî Miſnicus ſermonem proferat, quem totus mundus nō probet; (quemadmodum capite præcedenti in aſſignanda vocis ſignificatione dictum fuit) & redit ac inquit, Ne quidem ſecundum unum Doctorem loquitur. Hic non eſt Gemaræ ſtylus. Itaque hoc magno mirando excitatus fuit author כריתות; nec tamen quicquam producit, niſi quod dicat, Vniuſcujuſque ratio ſecundum ſubjectam materiam explananda eſt: quare attenta conſideratione opus eſt.

Paſſim in Gemara, inquit author, An dicendum eſt, nos abſolute dictum legere, quod illius N. dictis repugnat? Aliquando etiam dicit, An dicendum eſt, nos abſolute dictum in Miſna legere, quod unius N. ſententiæ conveniens eſt? Exempli gratia, An dicendum eſt, nos abſolutè in Miſna dictum invenire, quod D. Eliezeris ſententiam continet? cap. 1. ערובין ad verba, Poſtes, quos altos dicunt, decem palmorum ſunt; ſimiliterq; in ברכות. Rationem hujus reddere oportet, quare ubique Gemara eandem formulam non retineat. Itaq; Magiſter meus (quem Miſericors ille & Redemptor ſervet) rationem hanc laude dignam reddit ad locum D. Eliezeris: hunc Doctorem E. fuiſſe excommunicatum, ideoque abſolutas Miſnæ conſtitutiones nullibi cum ipſo facere. Idcirco Gemaræ multo difficilius videtur, ubi Doct. Eliezeris fit mentio, ſi dicat, Legimuſne aliquid abſolutè ſecundum iſtum? (q. d. Conſtitutio ſic ejus ſententiam ſequitur, ac ſi abſolutè aliquid in Miſna diceretur) difficilius inquam, quam ſi quæreret, Legimuſne abſolutè, quod non eſt ex

ejus

ejus mente qui illi (ſc. E.) repugnat? cujuſmodi verba ubique occurrunt. Similiter reddenda ratio, ſi author Gemaræ ſimili modo conturbetur in aliorum Miſnicorum dictis.

Aliquando Gemaræ viſum eſt, è Baraitha cum objicere, tum ſolvere; quamvis idem objicere & ſolvere è Miſna potuiſſet: idque quia Baraitha magis perſpicua eſt. Quemadmodum illud capitis, *Quænam eſt uſura?* Atqui hæc eſt Baraitha, Ea de re nihil definiunt: quamvis idem poſtea in Miſna ſequatur. Sed quia in ea hoc manifeſtè appoſitum non eſt, ſc. Si quantitas determinata ſit, ea de re definiunt, ſicuti in Baraitha eſt conſtitutum; ideo Gemaræ viſum, ut Baraitham adduceret: quemadmodum alibi paſſim. Hac eadem ratione mihi ſolvendum videtur, quod ſcrupulum movet in conſtitutione prima ברכות: ubi legimus, In Occ. ſollicitè quæſitum fuit, Iſto, Lev. 22. *Cum occubuerit ſol, mundus erit*, intelligiturne ſui ſolis occaſus; an forte lucis ſuæ adventus? Poſtea iterum rem è Baraitha explanant, ubi legitur, Signum rei eſt ſtellarū ortus &c. cum eam è Miſna etiam explicare potuiſſent, ubi legitur, Ab hora qua ſacerdotes &c. ideoque occaſus ſolis ejus deſignatur. Veruntamen Gemaræ authori magis placuit è Baraitha ſolvere: quandoquidem magis perſpicua eſt quam Miſna: quia manifeſtè legitur, Et ſignum rei eſt &c.

Per totam Gemaram author accingit ſe, ut abſolutam Miſnam ad alterutrius è duobus Miſnicis ſententiam revocet, qui alibi in iſta re diſſentiunt: & ubique ſic

פלוגתיה שאומר בכל מקום וכן יש ליתן טעם אי משתבש בכה"ג גבי תנאים אחרים ·

זימנין ניחא לי' לגמרא להקשות או לפשוט מברייתא ואף על פי שהיה יכול להקשות או לפשוט אותו דבר ממשנה· וכגון ש שהברייתא מפורשת יותר כי הא דפרק איזהו נשך והתניא אין פוסקין בה ואף על גב שמשנה היא לקמן · אלא משום דלא מסיים בה בהדיא יצא השער פוסקין כדמסיים בברייתא לכך ניחא ליה לאיתויי ברייתא וכן בהרבה מקומות ומטעם זה נ"ל לתרץ מאי דקשה בשמעתא קמייתא דברכות דאמרינן התם במערבא בעו מיבעא האי ובא השמש וטהר ביאת שמשו או דילמא ביאת אורו הוא והדר פשטות מברייתא דקתני וסימן לדבר צאת הכוכבים וכו' ומן המשנה היה יכול לפשטה דקתני משעה שהכהנים וכו' אלמא ביאת שמשו הוא אלא דניחא להו טפי למפשט מן הברייתא הואיל ומפורשת יותר מן המשנה דקתני בהדיא וסימן לדבר וכו' ·

בכוליה גמרא מהדר לאוקומי מתניתין סתמא אליבא דחד מתנאי דפליגי בהאי מילתא במקום אחר והוא אומר בכל

מקום

loquitur, Cum quo facit Miſna? nec cum hoc, nec cum illo? Si velis, dicam cum hoc N. ſi velis, dicam cum illo: vel ſimili quadam formula. Nec quæri poteſt, Forte eſt tertii cujuſdam ſententia? Quod ſi ita dicamus, Hanc Miſnam nec cum hoc nec cum illo facere, quia abſolute ponitur; ſi in ea re eſſet tertii cujuſdam ſententia, eam adduxiſſet ubi duas illas ſententias protulit. Sed indubiò hujuſmodi Miſna quæ præciſè proponitur, unius Miſnicorum alibi in re ipſa in partes abeuntium ſententiam ſequitur. Hoc illud eſt, quod ad rem regreſſus dicit, Cum quo facit Miſna, & cui eam attribues?

Aliquando prius è Miſna objicit Gemara, quamvis id rejicere promptum ſit: ſed ad finem attendit. Vt capite *Hæ ſunt juvenculæ*; Juvenculæ talis eſt ratio, non verò puellæ? ubi id hoc modo retundere licebat, Iſtud hic dici ad excludendum eam, quæ apta viro eſſet. Niſi quod finem attenderit: ubi legitur, Vbicunque eſt venditioni locus, condemnatio in dotem ceſſat &c. quia hic de puella agitur, quam pater vendere poteſt. Ergo illa non eſt puellæ ratio. Hujuſmodi multa ſunt.

Plurimis locis Gemara è Miſna objicere ſolet, quod retundere & diſſolvere ſit in proclivi; poſteaque redire, & è Miſna objicere, quod ſolutu facile non ſit. Vt initio קידושין, Atqui legimus, Cirrus arbori æquatur tribus modis: cum legendum videatur, Tribus rebus &c. Attamen antea objicere potuiſſet, quod legatur, Oblario decimarum æquatur primitiis duobus modis &c. Niſi quod cum illa de citro

מקום מני מתניתין לא פלוני ולא פלוני אבֿא פלוני ואבֿא פלוני וכיוצא בזה ואין לשאול אולי דעת שלישי הוא ואה״נ שמשנה זו דליתא לא כמר ולא כמר משום דמסתמא אם איתא דהוי דעת ג׳ בדבר היה מביאו במקום הב׳ דעות אלא ודאי משנה זו הנשנית סתם על דעת אחד מאותם התנאי׳ שחולקי׳ בדבר במקום אחר נשנית והיינו דקא מהדר מני מתניתין ואמאן תרמיה ׃

פעמים מקשה ממשנה מרישא ואף על גב דאיכא לארחויי אלא דסמיך אסיפא פרק אלו נערות נערה אין קטנה לא ׃ ואיכא לדחויי דהתם למעוטי בוגרת אלא דסמיך אסיפא דקתני כל מקום שיש מכר אין קנס וכו׳ דהיינו קטנה שיש לאביה בה זכות למוכרה אלמא קטנה לא וכיוצא בזה הרבה ׃

סוגיית הגמרא בהרבה מקומות להקשות ממשנה שיש לדחות בנקל ולתרץ והדר תו מקשה ממשנה שאין לדחות בריש קדושין והתנן אתרוג שוה לאילן בשלשה דרכים ליתני בשלשה דברים וכו׳ ומרישא דהך הוה ליה למיפרך דקתני תרומת מעשר שוה לביכורים בשני דרכים וכו׳ אלא מפני שאותה של אתרוג

objectio

נוחית בנקל כדדחי לה התם מה שאין רוצא נוחית בכך משום הכי פריך מנה שדרך הגמרא להקשות תחלה דבר שיש לדחות ולתרץ וכן בכל דוכתא ·

פעמים כשהוא אומר הא דפלוני לאו בפירוש איתמר אלא מכללא איתמר פריך ואי מכללא מאי כלומר ואי מכללא מאי הוי הא שפיר שמעינן לה מכללא כמו בפי' ופעמים לא פריך· ואי מכללא מאי ו ויל דלא שייך להקשות ואי מכללא מאי אלא היכא ששואל הא דפלוני בפי' איתמר או מכללא איתמר ומייתי כללא ומסיק בפי' איתמ' אז שייך למיפרך ואי מכללא מאי משו' דכיון דקא טרח ומהדר לאוקי דבפי' איתמר ולא מכללא נראה שיש גריעות בכלל כי הא דפרק הבא על יבימתו אמר רבי יעקב בר אידי אמר יהושע כ׳ל הלכה כר׳ש בן יוחאי א׳ל רבי זירא לרבי יעקב בר אידי בפי' שמיע לך או מכללא שמיע לך · מאי כללא דאמר רבי יהושע בן לוי וכו' עד אמר ליה בפי' שמיע לי ומקשה ואי מכללא מאי

objectio facile refellatur, quemadmodum ibi refellitur (quomodo illud initio non ſolveretur;) ideo inde objectionē proferat. Quia Gemaræ hoc in more poſitum, ut primo aliquid objiciat, quod retundi ſolvique poteſt. Similiter alibi paſſim.

Aliquando evenit, ut quum author ita loquitur, Illud cujuſdam N. non expreſſè dictum eſt, ſed ex ejus verbis concluditur; objiciat, Quod ſi è verbis concluditur, quid? (ſc. hic deſideratur?) q. d. quod ſi etiam è verbis concluditur, quid eſt? Tam bene iſtud per conſequentiam diſcimus, quam expreſſis verbis. Aliquando verò non objicit, Quod ſi è verbis concluditur, quidnam? Dicendum porrò eſt, non quadrare hanc objectionem, niſi quum author quærit, Illud cujuſdam N. expreſſene dictum fuit, an per conſequentiam? ac deinde conſequentiam proferens, expreſſis verbis rem proponi concludit. quippe tum objectio hæc quadrat, Quod ſi è verbis per conſequentiam eruitur, quid deeſt? Quandoquidem cum fatigatus author ad rem redeat, concludatque expreſſis verbis rem propoſitam fuiſſe, non tantum per conſequentiam; conſequentia laborare videtur. Quemadmodum illud capitis, Qui ad fratriam ſuam accedit. ubi refert D. Jacob f. Idi, dixiſſe Joſuam f. Levi, conſtitutum eſſe ex ſententia D. Simeonis f. Jochæi: cui D. Jacobo f. Idi reſpondit D. Zera, Expreſſè hoc audiviſti; an ex aliis verbis hoc concluſiſti? Quæ eſt concluſio? quod dixerit D. Joſua f. Levi &c. ad hæc uſque verba, Dixit ei, expreſſè iſtud audivi. Et objicitur, Quod ſi è verbis concluditur, quid eſt? Poſteaque reſpon-

detur; Quia adverſus illum exciperetur, Hic ſecus ſe res habet &c. Et ſic omnia ſimilia. Sed ubicunque ex veritate dicitur; Illud cujuſdam N. non expreſſe dicitur, ſed per conſequentiam: quemadmodum iſtud C. שבועות c.3. Dixit D. R. Papa, Illud D. Abhou expreſſe dictum non fuit; ſed per conſequentiam: quia dixit M. Idi fil. Abinis &c. & hujuſmodi plurima, ubicunque modus conſimilis eſt, ibi objectio non quadrat, Quod ſi per conſequentiam, quid hic eſt? quia nuda veritas profertur.

Gemara Miſnam compendioſe adducere ſolet. ut in חולין capite, *Brachium & maxillæ:* Legimus in Miſna, Tragelaphi adeps interdictus ut adeps pecudis, & ſanguis obtegi debet &c. Attamen hæc Miſna hac ſerie non legitur; ſed eam Gemara ad eum, quo produci debet, modum contrahit: verum diſpoſitio Miſnæ talis eſt, Quomodo æquatur feræ? ejus ſanguis obtegi debet &c. quomodo pecudi æquatur? adeps ejus interdictus eſt &c. Similiter c.1. שבועות, Illic legimus, Lepræ ſpecies duplex eſt: quæ inſtar papulæ ſe habet, nivem albedine æquat &c. Attamen Miſna proprio loco ita ſe non habet: nam talis eſt Miſnæ diſpoſitio, Tumor lepræ eſt inſtar pelliculæ ovi; cui illa lepra ſuccedit, quæ albam lanam refert, ut inquit Ribbi. At Sapientes ajunt, Tumor lepræ albam lanam refert &c. Verum id fit quia Gemara Miſnam contrahit, eaq; ſapientum verba, quibus opus habet, decerpit. Hujuſmodi in Gemara ſunt quamplurima: ratio verò eſt, quia Gemara cum ſermonem

ומתרץ משום דא"ל שאני התם וכו' וכן כל כה"ג אבל בכל מקום שאומר לפי האמת הא דפלוני לאו בפי' איתמר אלא מכללא איתמר כגון ההיא דשבועות פ"ג אמר ר' רב פפא הא דרבי אבהו לאו בפירוש איתמר אלא מכללא איתמר דאמר רב אידי בר אבין וכו'· ודכוותה טובא בכל כי האי גוונא לא שייך להקשות ואי מכללא מאי משום דקושטא קאמר·

דרך הגמרא להביא משנה דרך קצרה בחולין פרק הזרוע והלחיים תנן כוי חלבו אסור כחלב בהמה ודמו טעון כסוי וכו'· ומשנה זו איתה שנויה בסגנון זה אלא שהגמר' קצר אותה לפי מה שצריך להביא וכן היא הצעה של משנה · כיצד שוה לחיה דמו טעון כיסוי וכו' כיצד שוה לבהמה חלבו אסו' וכו' וכן פ"ק דשבועות תנן התם מראות נגעים שתים בהרת עזה כשלג וכו' והמשנה במקומה לאו הכי איתא דכך היא הצעה של משנה שאת כקרום ביצה שנייה לה כצמר לבן דברי רבי וחכמים אומרים שאת כצמר לבן וכו' אלא שהגמרא קצר אותה ולקח דברי חכמים שצריך ודכוותיהו בגמרא טובא וטעמא שאין הגמרא רצה

להאריך ונקיט לישנא קלילא ׃ וגדולה מזו מצא הכריתות במנחות שאומר תנן מלק בסכין מטמא בגדים ואין זו משנה ולא קיצור ממשנה אלא מדיוקא דמתניתין אחריניתא דוק התם ותשכח וכאן אין צורך להאריך ׃

בכמה מקומות בגמרא אומרים כחה דהיתרא עדיף טפי לאשמועינן בפרק האומר בקידושין תניא מהיום ולאחר מיתה גט ואינו גט דברי חכמים רבי אומר הרי זה גט ׃ ואקשינן ולרב׳ יהודה דאמר בע״מ נמי פליגי לפלגו בע״מ ומשני להודיעך כחו דרבי אפילו במהיום ולאחר מיתה הרי זה גט כלומר וכ״ש בע״מ והדר מקש׳ וליפלגו בע״מ להודיעך כחן דרבנן דאפילו בע״מ אינו גט ומתרץ כחה דהיתרא עדיף וכן אומר בכל דוכתא ולא פריך ליפלוג בתרוייהו כדפריך בריש ביצה אדמיפלגי בביצה ליפלגי ב בתרנגולת וכ״ת כחה דהיתרא עדיף ליפלגי בתרוייהו וליתני תרנגולת היא וביצתה בש״א

nem producere nolit, breve dictum excerpit. Cæterum author כריתות majus quid invenit, Cod. מנחות: ubi Gemara inquit, Legimus, Si à tergo ſecuit cultro, veſtes contaminavit. Hæc nec integra, nec contracta Miſna eſt; ſed ex alterius Miſnæ ſubtili conſideratione profluit. Examina illic accuratè & invenies. Hic plura addere neceſſe non eſt.

Paſſim in Gemara dicere conſueverunt, Licentiæ ſive concedendi vis ad nos docendum potior eſt. Sic c. *Qui dicit*, in קידושי׳, In quadam Baraitha legitur, Si maritus ita loquatur, ab hoc tempore & poſt mortem (ſc. repudium tibi mitto) eſt & non eſt libellus repudii, ut cenſent Sapientes: at Ribbi ſive Doctor J. libellum approbat. Ibi objicimus, At ſecundum Magiſtrum Judam, qui illos etiam in libello conditionali diſſentire dicit, in libello conditionali diſſenſum ſuum promere debebāt. Sed reſpondet Gemara, ideo ſecus fieri, ut tibi vis illa Ribbi ſignificaretur: hoc modo, Quinetiam verbis, Ab hoc tempore & poſt mortem continetur repudium; q. d. quanto magis in libello repudii conditionali? Iterumq; ibi objicit, Atqui diſſenſum in conditionali libello promere debebant, quò tibi innoteſceret vis illa Magiſtrorum: hoc modo, Ne quidem in conditionali libello repudii, repudium continetur. Sed ita objectionem diluit, Licentiæ vis potior eſt. alibique paſſim loquitur ſimiliter. Nec objicit, Atqui controverſia in ambobus proponenda erat: quemadmodum objicitur initio Cod. ביצה. ſicuti ſuam in ovo controverſiam proferũt, pariter eam circa gallinam producendã. Quod ſi excipias, Licentiæ vis potior eſt; de ambobus diſceptetur ac dicatur, De iſta gallina & ejus ovo aſſerit familia Scham-

וכו' ויש מחלקין היכא דהלשון ארוך אין לאשמועינן תרוייהו אלא כחה דהיתרא לבד' אבל היכא דהלשון קצר להודיעך כח האוסר והמתיר אומר שתיהם כי ההיא דביצה ׃ וי״א דבביצה דוקא פריך הכי משום שתרנגולה וביצתה חדא מילתא' היא ·

פעמים פשיטא הגמרא בעיא ממעשה דאמורא ואף על פי שהיה יכול. לפשוט ממשנה שלימה ביבמות פרק· האשה דבעינן. אי חיישינן לתרי יצחק וקא פשיט לה ממעשה דרבה בר אבוה וכו' ואף על פי שהיה יכול לפושטה ממשנה דקתני וכל מעשה בד' הרי יחזיר וכו' וכן במקומות אחרים ׃ והטעם דניחא ליה לאיתויי מעשה משום דמעשה רב ·

מצינו ת״ש אחר דפשיט מילתא ממשנה פרק כיצד הרגל דבעי פי פרה בחצר הניזק או בחצר המזיק ופשיטא ליה ממתניתין ובתר הכי קאמ' ת״ש ממקומות אחרים · והטעם ניחא ליה לגמרא למפשט מכל המקומות שאיפשר·

מצינו דמקשה לאמורא מברייתא וקאמר מאן נימא לך דמתרצתא היא דלמא משבשתא היא

mæi &c.Sunt qui ſic diſtinguant,Vbi prolixus ſermo eſt, de ambobus monendi non ſumus; ſed de licentiæ vi tantummodo: at ubi conciſus ſermo eſt, quò te Gemara vim doceat cum ejus qui rem interdicit, tum ejus qui licitam facit, ambo proponit. ſicuti in illa Codicis ביצה controverſia. Alii dicunt, illo modo in controverſia de ovo tantum objici: quia gallina & ovum quodammodo unum ſunt.

Aliquando Gemara quæſtionem è caſu cujuſdam Gemarici ſolvit: quamvis ex integra Miſna ſolvere poſſit. Vt in יבמות capite *Vxor*: ubi quærimus, An metuimus, ne duo ſint Iſaaci? cui quæſtioni ſatisfacit è caſu quodam Rabbæ filii Abouæ &c. quamvis reſpondere potuerit è Miſna: ubi legitur, Quodvis curiæ opus, id reſtituent &c. (q. d. quamvis duo ejuſdem ſint nominis, nullum periculum: modò inſtrumentum à ſenatoribus ſit approbatum.) Sic aliis locis: nam ratio eſt, quod illi ideo caſum adducere libeat. quia caſus ad docendum commodior eſt.

Invenimus hæc verba, Veni, Audi: poſtquam ex ipſa Miſna author rem explicuit. Vt capite, *Quomodo pes nocet:* ubi quæritur, Quum os vaccæ eſt in area ejus qui damnum patitur; an verò quum in area ejus qui damnum infert? quòd ex Miſna diſſolvitur: poſteaq; dicitur, Veni, Diſce, ex aliis locis. Ratio: quod Gemaræ, ut è quibuſcunque locis poſſit dubia ſolvat, allubeſcat.

Invenimus Gemaram è Baraitha contra D. Gemaricum argumentantem dicere, Quis tibi affirmabit correctionem eſſe? fortaſſis eſt perplexa ſententia.

Vt

בפרק כל כתבי גבי כל המזיקין נהרגי' בשבת מתיב רב יוסף וכו' עד א"ל רבי ירמיה מאן נימא לך דמתקנתא היא דילמא משבשתא היא והטעם שהברייתות לא היו מוחזקות וידועות כ"כ ואיפשר שיש ברייתא דלא מיתנייא ביה רבי חייא ורבי אושעיא ׃ ואמרינן בעלמא כל ברייתא דלא מיתנייא ביה רבי חייא וכי רבי אושעיא משבשתא היא וכו' כמ"ש למעלה׃ ומטעם זה ניחא לי בקצת מקומות דמייתי ברייתא ומאי דאיתמר עלה מאמורא ואף על פי שלא היה צריך כי מהברייתא לבד הוה מייתי הראיה שהיה רוצה כגון בפ"ק דכתובות דפריך ומי איכא הוראה לאיסור ומשני אין· והתניא חוט השדרה שנפסק ברובו דברי רבי ׃ ר' יעקב אומר אפילו ניקב · הורה רבי כרבי יעקב · אמר רב הונא אין הלכה כרבי יעקב · ומן הברייתא לבד בלא מילתיה דרב הונא הוה מוכח דאיכא הוראה לאיסור אלא משום דלא לימא משבשתא היא אייתי הא דרב הונא דהואיל ורב הונא איירי עלה ודאי מתקנ' היא כך אומר החכם מרי נר"ו ׃ פעמים מקשה האמורא לחבירו מכח משנה ברייתא

Vt capite, *Omnia ſcripta*, ad verba, *Omnia quæ damnum inferunt, occiduntur Schabbatho*; Objicit M. Joſeph &c. uſque ad verba, Dixit ei D. Jeremia, Quis tibi affirmabit correctionem eſſe? fortaſſe eſt perplexa ſententia. Ratio eſt, quia Baraithæ non ſunt adeo confirmatæ ac cognitæ: quinetiam fieri poteſt, ut detur Baraita, in qua nomen D. Hijæ & D. Oſchaiæ non legatur: univerſè autem ſic ſtatuimus, Omnis Baraita, in qua R. Hija & familia R. Oſchaiæ non commemoratur, perplexa ſententia eſt, &c. quemadmodum ſupra dictum fuit. Hac ratione mihi in multis locis ſatisfit, quum Gemara Baraitham adducit, prætereaque quod de ipſa à Gemarico D. dictum fuit: quamvis neceſſe non eſſet, quum è ſola Baraitha rationẽ, quam vellet, produceret. Quemadmodum c.1. כתובות: ubi objicitur, Ecquid doctrinæ nomen in interdicto obtinet? & reſpondetur, ita eſſe: nam ecce tibi in exoticis, Si medulla ſpinæ dorſi maxima ex parte præciſa ſit (diſcerpti legem habet) ut cenſet D. Judas; at ait R. Jacob, etiamſi perforata tantum fuerit. D. Judas idem cum D. Jacobo docet. Dixit M. Houna, Conſtitutio uſitata è D. Jacobi mente non obtinet. Hic è ſola Baraitha abſque ſermone M. Hounæ, in interdicto doctrinæ vocem uſurpari, arguebatur. Verum ne quis diceret, Perplexa ſententia eſt, illud M. Hounæ adduxit: quandoquidem enim M. Houna ea de re diſſerit, correctionem eſſe liquidò patet. Sic loquitur ſapiens Magiſter meus, quem Miſericors ſervet ac redimat. Quandoq; ſocio ſuo objectionem è Miſna vel Baraitha ob-

jicit Gemaricus D. quæ ſibi quoque adverſatur: adeo ut Gemaræ author ipſi objicere queat, Atqui ſecundum rationes tuas, vel ſecundũ tuam ſententiam, num ſatisfactum tibi? nec tamen objiciat. Hujuſmodi in Gemara ſunt infinita: ſicuti reperitur paſſim in additamentis. Dicere potuiſſet, At ſecundum rationes tuas &c. veruntamen hoc non dixit.

Gemaricum quandoq; invenimus, qui Baraitham proponit; quum iſta ſibi ea ratione non probetur: quamvis Baraitham iſtam alio modo, qui allubeſcat, proponere poſſit. Verum quia hac ratione Baraitha difficultatem haberet, eam ſimpliciori ſenſu proponere ipſi lubet: etſi non probat. Quemadmodum illud capitis, *Bos cornupetens aut* 4 *aut* 5. circa iſtum locum, ubi legitur, Si cornu ferierit, ſoluit λύτρον: ſi concubuerit, λύτρον non ſolvit. Quam ſententiam quoad concubitum Abæus ita explicat, q. d. ſi cum illa rem habuerit, nec occiderit. At Raba ſic proponit q. d. ſi rem habuerit cum illa & occiderit, ne quidem eo caſu ſolvere, ſicuti in cornu: quia cornu ad nocendum comparatum eſt, concubitus autem eò non ſpectat. Hic quærimus, ubi diſſentiunt? In pede qui puerum calcat diſſentiunt. Id eſt, exiſtimat Raba, Dominum, in eo quod jumentum pede peccat, non teneri, quia ad nocendum deſtinatus non eſt: quæ eadem eſt concumbentis ratio. Quamvis Raba c. 1. cenſeat, illum, ſi pes puerum conculcet, teneri. Nihilominus illa ratione Baraitham proponit: quia ſimplici Baraithæ ſenſu magis ſignificatur, Si rem habeat cum ea & interfecerit: ſicuti ibi docetur. Hujuſmodi multa ſunt.

וגם לדידיה קשיא ומצי למפרך ליה וליטעמי' או לדידך מי ניחא ולא פריך ליה וזה בגמר' אין מספר כמ״ש התוספו' בכל מקום היה מצי למימ' וליטעמי' ולא אמר׃

מצינו אמורא דאוקי ברייתא וליה לא ס״ל כי הך טעמא והוה מצי לאוקומי הך ברייתא בענין אחר דס״ל הכי אלא משום דדחיק ברייתא בהך טעמא ניחא ליה לאוקומה כפשטה ואף על גב דלא ס״ל כי הא דפרק שור שנגח ד' וה' גבי הא דקתני נגח משלם את הכופר רובע אינו משלם את הכופר דמוקי לה אביי להא דרובע ברבעה ולא קטלה׃ ורבא מוקי לה ברבעה וקטלה ואפ״ה אינו משלם כמו בקרן משום דקרן כונתה להזיק דביעה אין כונתה להזיק׃ ואמרינן במאי קא מיפלגי ברגל שדרסה ע״ג תינוק קא מיפלגי פי' דרבא ס״ל דפטור הרגל כיון שלא כיון להזיק וה״ה לרובע ואף על גב דרבא ס״ל בפ״ק דרגל שדרסה ע״ג תינוק חייב ואפ״ה מוקי לה הכי משום דפשט הברייתא יותר משמע ברבעה וקטלה כדאיתא התם ודכותא טובא׃

Gemari-

דרך האמורא למיבעי בעיא חדא דשמעינן מינה תרתי לפי תשובת המשיב ובאופן אחר היה יכול לשאול בפרק אלו טריפות בעו מיניה רב כהנא ורב אסי מרב נעקרה צלע מכאן וצלע מכאן מהו ואקשינן ותבעי להו חדא כלומר צלע אחת ומהדרינן חדא דשמעינן מינה תרתי קא בעו מיניה כלומר לפי תשובת המשיב מצי למיפשט תרתי דאי מהדר להו ב׳ כשירה כ״ש אחת ואי מהדר טריפה הא אחת כשרה דאי סד אחת נמי טריפה הוה מהדר להו בריתתא שתים קא בעיתו דמשמע הא אחת פשיטא להו דשרי והא אפילו אחת טריפה ומדקא מהדר בניחותא שתים טריפה משמע הא אחת כשירה אבל אי מהדר להו אחת כשירה אכתי תרתי מיבעיא להו אי כשירה או לא וכ״ת לפי׳ מאחת נמי הוה שמעינן תרתי דאי מהדר להו טריפה כ״ש שתים ואי מהדר להו כשירה הא שתים טריפה דאי ס״ד שתים נמי כשירה מירתת הוה רתח בתמי׳ ב׳ כשרה אחר מיבעיא אלא לקולא הוא

Gemarico hoc in more poſitum, ut quæſtionem unam proponat, è qua ſecundum reſpondentis reſponſum duo addiſcamus; quum alia ratione interrogare potuiſſet. Capite, *Hæc ſunt diſcerpta*. M. Cahna & M. Aſe è Rabo quæſiverunt, Hinc & illinc ſoluta coſta, quî ſe res habet? ubi objicimus, Ipſis de una erat inſtituenda quæſtio, id eſt, de una coſta. Et reſpondemus, De una, ut ex ea res duas diſcamus, illum percunctati ſunt. Ac ſi diceretur, E reſpondētis reſponſo duo diſſolvere poteſt. Nam ſi illis reſpondeat utrâque ſolutâ animal idoneum eſſe; quanto magis, ſi una loco mota ſit, id concedendum? Quod ſi diſcerptum pronunciet; ecce ſi una dimota ſit, idoneum erit. Si enim ita repútes, Ob unam etiam diſcerptum cenſebitur; ipſe illis ſuccenſendo reſpondiſſet, De duabus quæſiviſtis? cujus ſenſus eſt, Ecce, ſi una dimota ſit, hoc illis liquet, idoneum cenſeri animal; atqui ob unam etiam diſcerptum judicatur. Quia itaque ſedatè reſpondet, ob duas diſcerptum judicari, ſignificatur, unâ loco motâ idoneum cenſeri. Sed ſi illis ita reſponderet, unâ motâ idoneum cenſeri, de duabus etiam ſive adhuc quæreretur, an eo caſu animal idoneum judicaretur; an verò minus. Quod ſi dicas, ſecundū hanc expoſitionem ex una etiam coſta nos duo doceri: quia ſi diſcerptum reſpondeat, multo magis de duabus hoc dicendum; ſi verò idoneum judicet, ecce duæ diſcerptū conſtituunt. Nam ſi hoc pacto tecū repútes, Duabus loco motis animal etiam idoneum cenſetur; admodum ſuccenſens cum admiratione queſiviſſet, Cum duæ idoneum relinquant, de una dubitatur! Verumenimverò in re allevanda ſive permittenda id accipiendum,

quum dicimus, *Succenſendo ſuccenſuiſſet*: ſed in re aggravanda ſive prohibenda ſecus eſt. Hæc mens mea: Si interrogans in re prohibenda aberret, reſpondens id ipſum ad animum non revocat, ut ei iratus reſpondeat; ſed placidè reſpondet: nec ex uno alterum diſcimus, & ulterior à nobis quæſtio inſtituitur. Sed ſi in permiſſione erret, ſuccenſendo ſuccenſet, quemadmodum diximus. Hic eſt diſcurrendi modus capite, *Hæc ſunt diſcerpta*; atque inde de reliquis omnibus judica: ſicuti additamenta obſervant, Cod. כתובות, capite *Puella*, ad verba, Vendidit pacta dotalia marito ſuo. Vbi quæritur, Hoccine de pactis locum habet ſi liberos mares habeat; an verò ſecus? & objicimus, Atqui quæreres, Donans pacta &c. q. d. unum eſſe, unde duo diſceremus; nam è donante hoc de vendente colligeremus: quemadmodum in additamentis exponitur, ubi plura videas. Hic prolixè agere neceſſe non eſt: nam ego vas teſtaceum produxi; ibi tu margaritas invenies.

Gemaricus aliquando his verbis, *Si dixeris mihi*, quæſtionem unam ex altera ſua vel ſocii ſui proponit: quemadmodum in illo Cod. פסח, Si mus fruſtum ore tenens ingrediatur, & mus fruſtum ore tenens egrediatur, quid dicendum? num dicemus ingreſſum cum eo qui egreditur eundem eſſe? an fortè diverſus eſt? Quod ſi dicere velis, ingreſſum & egredientem eundem eſſe; mus niger &c. Talia cum iſtic, tum alibi paſſim reperiuntur plurima. Cod. שבועות quærit Raba, Juramentum de non edendo pulvere, qua quantitate violatur? quæritque M. Aſe, Juramentum

דאמרינן מירתח קא רתח אבל לחומרא לא רצוני אם השואל יטעה לחומרא לא חש המשיב לאהדורי' בריתחא אבל מהדר ליה בניחותא ולא הוה שמעינן מנה לאידך גיסא ואכתי קא מיבעיא לן אבל אי טעי לקולא מירתח קא רתח כמ״ש זהו דרך הסוגיא בפרק אלו טריפות ודון מינה לכל המקומות כמ״ש התוספות בכתובות פרק נערה גבי מכרה כתובתה לבעלה יש לה כתובת בנין דכרין או לא ואקשינן ותיבעי מחלת כלומר דהוי חדא דשמעינן מינה תרתי דממוחלת הוה שמעינן מוכרת כמו שמבואר בתוספות תעיין שם וכאן אין צורך באריכות דאנא הא דלאי חספא ואת תשכח מרגניתא׃

פעמים בעי בעיא אמורא באת״ל מבעיא אחרת שלו או של חבירו כגון הנהו דפסחים עכבר נכנס וככר בפיו ׀ ועכבר יוצא וככר בפיו מהו ׀ מי אמרינן היינו הא דעייל הוא דנפיק או דילמא אחרינא הוא ואת״ל היינו דעייל הוא דנפיק עכבר שחור וכו' וכן טובא כה״ג התם ובהרבה מקומות ובשבועות בעי רבא שבועה שלא אוכל עפר בכמה בעי רב אשי

tum, de non edendis acinotű nucleis, qua quantitate violatur? Vbi D.S.J. annotat, M. Aſen verbis, *Si dixeris mihi*, quæſtioni de pulvere præpoſitis, quærere de acinis. Hujuſmodi multa ſunt. Præterea quandoque quis quæſtionem unam proponit, cum ad duas collimat, verbis, Si dixeris mihi. Sicuti in illo C. de Idol. c. *D. Iſmaël:* ubi quærit M. Hammenouna, Cum aliquis vas ad idololatriã denuo lævigaverit, quid? quaſi dicatur, Inſtrumentum idololatriæ, quod fractum quis iterũ reparaverit, cujuſmodi cenſebitur? Ibi de priori immunditie ab ipſo quæritur: an ipſa ſecundum rationem immunditiei legalis redeat; an verò non redeat: quemadmodum ibi explicatur. Et objicimus, Atqui quæſtio ab eo de alia quavis magiſtrorũ immunditie inſtitui etiam debebat: ac tandem definit Gemara, *Vna ex altera ab eo quæritur:* nam ſic quærit, A magiſtris definita immundities redit; an verò non redit? quod ſi mihi dixeris non redire, jam immundities idololatriæ quî ſe habet? &c. Huic ſimile eſt illud capitis, *Quomodo pes:* apud verba, Eſtne conteſtatio ob lapillos? Similiter aliis locis. Præceptor autem meus ſapientiſſimus (S. & R.) obſervat; quod cũ his verbis, *Si dicas mihi* (quæ ſunt controverſiæ verba) is quærit, qui hac phraſi incipit, & reliquas deinde quæſtiones proponit, quod inquam ſi his verbis, *Si dixeris mihi*, incipiat & res licita pronuntietur, in omnibus propoſitis quæſtionibus licitum contineatur. Attamen in כתובות cap. I. ſic quæri videmus, Quid an primò cum virgine rem habere die ſabbathi licet? &c. & è tractatu Talm. reſpondetur, ubi dicitur, Si dixeris mihi, ſecundũ mentem D. Judæ, & vetitum erit. Dicendũ erat, ſi dicas mihi,

שבועה שלא אוכל הרצן בכמה ופרש״י דרב אשי באת״ל דעפר קא בעי הרצן וכאלו רבות עוד לפעמים בעי בעיא אחת ודעתו לשתי בעיות בא״ל כי הא דע״א פרק רבי ישמעאל דבעי רב המנונא ריתך כלי לע״א מהו כלומר כלי ע״א שנשבר וחזר ותקנו מהו׃ ולענין טומאה ישנה קא מיבעיא ליה אי הדרא כדין טומאה דאוריתא או לא הדרא כדמפרש התם ואקשינן ותבעי ליה שאר טומאות דרבנן ופסיק הדרא מגו הדרא קא׳ מיבעיא ליה וה״ק טומאה דרבנן מי הדרא או לא ואת״ל לא הדרא טומאת ע״א מאי וכו׳ ודכוותה פרק כיצד הרגל גבי יש העדה בצרורות וכן במקומות אחרים׃ ומורי החכם נ״ע אמר דכשבעי באת״ל של תלוקת שמתחיל באותה השיטה ועשה כל הבעיות שאם מתחיל באת״ל ומותר כל הבעיות שבעי הוא במותר ומצינו בכתובות פ״א דבעי מהו לבעול בתחלה בשבת וכו׳ ומשני מסדרא שאו׳ את״ל כרבי יהודה ואסור הלל את״ל

כ״ש ומותר לפי שהם חולקי׳ של רבי יהודה דבר שאינו מתכוין אסור ולר״ש מותר · ואמר מורי נר״ו דלא קשיא שאף על פי שבעי אליבא דרבי יהודה ואסור בדעת רבי יהודה יש צד שהוא מותר כגון שהוא מקלקל ׃ ומן הבעיא נפיק מינה התר גם כן עיין שם ׃ ע״כ מהחכם מורי נר״ו ·

מצינו דמקשה מקמ״ל תנינא הדא זימנא מתרי תנאי דחד תנא אמר מילתא · ואידך תנא אמרה בדוכתא אחריתא כי הא דפר׳ עשרה יוחסי׳ במשנה אבא שאול אומר לשתוקי בדוקי ואמרינן מאי בדוקי אילימא שבודקין את אמו תנינא חדא זימנא ראוה מדברת וכו׳ ׃ ומילתא דהכא אבא שאול אמר׳ ומילתא דהתם ר״ג ורבי יהושע׳ אמרות ׃ ואין שיטת הגמרא להקשות מאי קמ״ל תנינא זימנא חדא מתרי תנאי אלא מסתם משנה לסתם משנה ועל רבי קא פריך מקמ״ל רבי הא תנינא חדא זימנא · אלא שיש לומר דהתם בקדושין הכי קא פריך תנינא חדא זימנא כלומר אמאי לא תנא להו רבי בחד דוכתא ·

ſecundum mentẽ D. Simeonis, & licitum erit. M. enim cæteri diſſentiunt à D. Juda, qui ſtatuit, Res etiam de induſtria nõ acta eſt interdicta: at ſecundum D. Simeonem licita eſt. Sed præceptor ille meus (quem S. & R. D. M.) nullam eſſe hanc objectionem inquit: quia etſi ille N. ſecundum mentem D. Judæ interroget, & res interdicatur; tamen in D. Judæ ſententia quidam invenitur modus, quo actio concedatur: veluti quum ille corrumpit. itaque è quæſtione licitum etiam conſequitur. Videas ibidem. Huc uſque verba ſapientiſſimi præceptoris mei, quem ſervet & redimat Miſericors.

Invenimus, ubi ſic objicitur, Quid *novi* docemur? id enim aliàs etiam legimus: idque duorum Doctorum Miſnicorum cauſa, quorum unus ſententiam quandam profert; alter verò eandem repetit alio loco. Quemadmodum illud capitis, *Decem ſtemmata*, in Miſna. Aba Saul vocat Spurios, Nothos: ubi in Gemara quærimus, Quid ſignif. *Nothi?* Si dicatur, Nothus eſt cujus matrem examinant; illud ipſum etiam alibi legimus (ſc. in quadam Miſna) *Audiverunt eam loquentem* &c. Itaque ſententiam, quæ hic habetur, protulit Aba Saul: & eam quæ illic legitûr R. Gamaliel & R. Joſua protulere. Atqui in Gemara non ſolent ita objicere, *Quid novi docemur? hoc enim alias etiam legimus*, in duorum Miſnicorum ſermone; ſed quum Miſna abſoluta ea ratione abſolutæ Miſnæ objicitur: tum autem adverſus ipſum Ribbi fit objectio, q. d. *Quid novi nos docet Ribbi? ecce hoc alias legimus*. Sed dicendum eſt iſtic in קדושין quum objicitur, *Alias etiam legimus*, idem eſſe ac ſi diceretur, Quare Ribbi hæc non eodẽ loco proponit?

ולומר התם וכן אבא שאול אומר וכן מצינו תניא במשנה לברייתא פרק אותו ואת בנו גבי הזורע כלאים לוקה וכו' ׃ ומקשינן תנינא נזיר שהיה שותה יין כל היום וכו' והך דהזורע כלאים לוקה אינה משנה אלא ברייתא ׃ ומברייתא למשנה אין שיטת הגמרא להקשות מקבל תנינא חדא זימנא דכמה דוכתי אשכחנא בברייתא מה ששנה במשנה אלא דהכי קא פריך דמ"מ הי"ל לשנות בברייתא באותו ענין ששנה במשנה אחר שהדין אחד׃ וכן כתבו שם התוספות ׃ ־

פעמים מקשה הגמרא מאיסורא דרבנן לאיסורא דאוריתא ׃ ומתרץ לא דמי דאוריתא לדרבנן והמקשה היה סבור לדמות משום דכל דתקון רבנן כעין דאוריתא תקון והכי אמרינן בהדיא פ"ק דיבמות גבי צרת סוטה דמקשה מסוטה דאוריתא ׃ ומתרץ אמינא אנא דאוריתא ואת אמרת דרבנן׃ ואמרי ודקרי לה אמאי קרי לה כל דתקון רבנן כעין׃ דאוריתא תקון ובהכי קא מתרצה לי מאי דקשיא בפר' בתרא דע"א דמקשה התם מטומאת עם הארץ דרבנן לטומאת שרץ דאוריתא אלא שאחר כך ראיתי בתוספות דטומאת

ponit? nam illic dicendum erat, *Sic etiam loquitur Aba Saul.* Similiter invenimus *Legimus*, quum exotica per Miſnajoth oppugnantur. Vt capite *Ipſe & filius ejus*, ad hæc verba, Qui ſerit heterogenea vapulat &c. objicimus, *At legimus*, Naziræus qui toto die potabat vinum &c. ubi iſtud, Qui ſeminat heterogenea vapulat, non ad Miſnam,ſed exoticam doctrinam pertinet. Atqui per exoticam oppugnare MiſnamGemara non conſuevit: hiſce verbis, *Quid noui docemur? hoc enim aliàs legimus.* Siquidem multis locis in exoticis eadem reperimus, quæ in Miſnajoth leguntur. Sed hac ratione formatur objectio: nihilo ſecius authori in exoticis id docendum fuiſſe in illa materia, ubi hoc in Miſnajoth legit; quia eadem eſt rei conditio. Atque ſic in additamentis ſcriptum fuit.

Quandoq; ex interdicto Mag. contra legis interdictum in G. objicitur: & reſpondetur, Illa legis & Magiſtrorum dicta ſimilia non eſſe. Sed objiciens iſtà eſſe ſimilià arbitratur: quod quæcunque M. ordinant, eo habeantur loco, ac ſi Legis eſſent ſtatuta. Sic manifeſtè loquimur c. 1. C. יבמות, circa hæc verba, *Aemula declinantis:* ubi objicitur ex illa muliere declinante, cujus in lege mentio: & ita ſolvitur, Ego legem profero; & tu Magiſtros citas? Et quæritur, Quod proponit, quare proponit? Quæcunq; Magiſtri ordinant, hujuſmodi ſunt, ac ſi lex ea ſtatuiſſet. Ita mihi ſolvitur difficultas poſt. c. de Idol. ubi quidã ex immunditie incolarum, de qua Mag. objicit contra immunditiem reptilium, de qua in lege. Niſi quod poſtea in additamentis repererim, im-

עם הארץ דאוריתא הוא תעיין שם · וכאן אין מקום להאריך ·

זימנין כשמקשה על תנא מדידיה אדידיה מתרץ הא דידיה הא דרביה · כלומר הדא סברא דנפשיה וחדא סברא דרביה וליה לא סבירא ליה וזה תמצא בהרבה מקומות · ופעמים שמתרץ על כי האי קושיא תרי תנאי ואליבא דפלוני כמו תרי תנאי ואליבא דרבי אליעזר בריש ברכות וכן בכוליה גמרא · ור״ל חד אמר הכי אמר מר וחד אמר דלא אמר הכי אלא הכי · וכמו שמצינו תרי תנאי ואליבא דפלוני כך מצינו תרי אמוראי ואליבא דפלוני כמו תרי אמוראי ואליבא דרבי יוחנן ובהרבה מקומות · ואי לאו ד דמסתפינא אמינא דכל כה״ג לא משקר חד מניהו אלא שמעו מפי רבן ומשבחת לה דמעקרא אמר הכי ושוב חזר בו האחד שמע החזרה והאחר לא שמע · וסעד לזה במסכת ביצה פרק אין צדין דפליגי התם לוי ורבי · ואמר רב לעולם אל ימנע עצמו מבית המדרש אפילו שעה אחת דאנא ולוי הוה יתיבנא קמיה דרבי כי אמר רבי להא שמעתתא באורתא אמר מותרין באכילה

munditiem illam incolarum eſſe legis. Conſule locum: nam hic non eſt protrahendi locus.

Quando Miſnicum Doctorem ſibi ipſi opponunt; ex eo defenditur, quod hoc ipſius, illud præceptoris ſit. q. d. hæc eſt ſententia propria, illa præceptoris; ipſe verò ſecus ſentit. Atque hoc multis locis invenies. Fit etiam aliquando, ut quis ejuſmodi objectionē hoc modo ſolvat, Sunt duo Doctores, qui unius alicujus ſententiam profitentur: quemadmodum initio ברכות, *Sunt duo Doctores, qui R. Eliezeris ſententiam profitentur*: ſimiliter in tota Gemara. Hoc autem ſibi volunt, Vnus dicit, ſic præceptor ſentit: alter verò inquit, ſic non ſentit præceptor; ſed hæc eſt ejus mens. Sicuti autem invenimus, Duo ſunt Miſnici Doctores, qui unius cujuſdam ſententiam profitentur, ſic invenimus, Duo ſunt Gemarici Doctores, qui unius profitentur ſententiam: quemadmodū illud, Duo ſunt Gemarici Doctores, qui Rab. Johannis ſententiam ſe ſequi affirmant. pariter alibi paſſim. Quod niſi contemnerer, ſic ſtatuerem: omnibus ſimilibus locis neutrum falſum aſſerere; ſed utrumque hoc à præceptore ſuo habere: quia initio ſic affirmaſſe deprehenditur; ſed poſtea ſententiam mutavit: quam mutationem unus intellexit; non item alter. Quod Cod ביצה cap. *Non venantur*, comprobatur: ubi Levi & Rab inter ſe diſſentiunt. Dicit Rab, Nunquam ſe homo ab Academia, ne quidem ad horam unam, ſubducat: etenim ego & Levi auditores fueramus Ribbi, quum is hanc ſententiam proferret: Illa veſperi ędere licet; accipere

בצפרא אמר מותרין לקבל אנא דהואי במדרשא ושמעתה הדרי בי וקבלתי · לוי דלא הוה בי מדרשא לא שמע ולא הדר ביה אלא שלא נראה כן מדברי רש״י פרק ·אף על פי גבי הא דאמרינן התם · ניחא לן דפליגי תרי אמוראי ואליבא דנפשייהו · ולא פליגי תרי אמוראי ואליבא דחד אמורא וכתב רש״י שם וזה לשונו דכי פליגי תרי אליבא דחד מר אמר הכי אמר פלוני ומר אמר הכי אמר פלוני חד מנייהו קא משקר אבל כי פליגי אליבא דנפשיהו בדין או באיסור והיתר כל חד וחד אמר הכי מסתברא טעמא ואין כאן שקר דכל חד וחד סברא דנפשיה קאמ' מר יהיב טעם' להיתרא ומר יהיב טעם' לאיסורא אלו ואלו דברי אלהים חיים· זימנין דשייך האי טעמא וזימנין דשייך האי טעמא שהטעם מתהפך לפי שנוי הדברים בשינוי מעט כל אלו דברי רש״י ·

דרך הגמרא לקצר המקראות ואינו מביא אותם כהויתן כמו דאמר רחמנא ונתן הכסף וקם לו בפ״ג שאכלו ואין הפסוק אלא ויסף חמישית כסף ערכך עליו וקם לו וכן בפרק הרואה לקיים

pere verò illa manẽ licet. Itaque ego qui in Academia eram, eo audito ſententiam mutavi, & accepi; Levi qui non intererat, cum id non audiviſſet, non mutavit ſententiam. Verumenimverò ſic res ſe habere non videtur è verbis R. Salomon. Jarchi capite, *Quamvis*, circa hæc verba, *Ecce quod iſtic dicimus.* In eo acquieſcimus, duos Gemaricos Doctores diverſa tradere, ex propria quemque ſententia: non verò duos Gem. Doctores diverſa ex unius Gemarici Doctoris ſententia proferre. Vbi ad hunc modum ſcribit R. S. Jarchi, Quum duo de unius mente diverſa tradunt, ita ut unus Doctor dicat, Hæc eſt illius ſententia; alter verò dicat, illa eſt illius ſententia, alteruter affirmat falſum: ſed quum ex propria quiſque ſententia diverſa docet de jure, aut interdicto & licito, unuſquiſque affirmat hanc ſibi probari rationem, nec falſum dicit, quia quiſq; ſuam opinionem profert. Hic Doctor ut rem faciat licitam producit rationem; alter verò cur interdici debeat, rationem reddit: utraque ſunt verba Dei vivi. Aliquando hæc ratio quadrat; aliquando altera: quia ratio pro rerum diverſitate, exigua varietate mutatur. Hæc omnia R. S. J. verba ſunt.

Gemara ſcripturas contrahere ſolet, ut eas quemadmodum ſunt, non producat. Sicut quum Deo miſericordi hæc tribuuntur verba cap. *Tres qui edunt*, Et cum numeraverit pecuniam, cedet ipſi: attamen S. S. tantum dicit Lev. 27. 19. *Addità quintâ pecuniæ æſtimationis tuæ ſupra eam, cedet ipſi.* Similiter capite *Qui videt*, hæc occurrunt, Ad ſtabiliendum quod

מה שנאמר כל החלומות הולכין אחר הפה והיינו קרא ויהי כאשר פתר לנו כן היה וכן בערובין פרק כל הדר כל שאין דעתו מיושבת עליו אל יורה שנאמר בצר אל יורה. ואין זה מקרא בכל התורה אבל קרא דעניה ושכורה ולא מיין קא דריש דמדמה צרה לשכרות ובשכרות כתיב להבדיל ולהורות כדדרשינן בכריתות · א״נ מהאי קרא קא דריש היערוך שועך לא בצר · כלומר בשעת צרה אל תערוך תפלתך וכן בהרבה מקומות מביא הגמרא פסוקים בקצרה כך ראיתי בתוספות דעירובין ·

אורחיה דגמרא בהרבה מקומות מייתי דרשה בחד קרא ואף על פי שאותה דרשה לפי האמת נפקא לן מפסוק אחר אפה לפי שהיא פשוטה יותר מאותו פסוק מייתי לה הכי כמו ספר כריתות ספר כורתה ואין דא כורתה דמייתי בכולה גמרא והאי כרבי יוסי הגלילי כדאיתא ב בקידושין אבל לרבנן מוכתב לה נפקא דדרשינן הכי וכתב לה בכתיבה מתגרשת ואינו מתגרשת בכסף · וכן בפ' החובל דמייתי

dicitur, Omnia iſta ſomnia fiunt ſecundum oris pronunciata: attamen S.S. Gen. 41.13. *Et evenit, ut ſicut interpretatus eſt nobis ita eſſet.* Sic etiam C. ערובין cap. *Quicunque habitat*, legitur; Cuicunq; mens non conſtat, ne doceat: quia dicitur, In afflictione ne doceat. attamen hæc ſcriptura nullibi in lege reperirur; ſed illa Eſ. 51.21. *Afflicta & ebria, non autem ex vino*, ſic argutè applicatur: quod cum æquentur afflictio & ebrietas, de ebrietate dicatur Lev. 10.10. & 11. *ad diſtinguendum & ad docendum*; ſicuti acutè argumentamur Cod. כריתות. Aut ſi velis, ex hac ſcriptura idem eruitur, ſcil. Job. 36.19. *An diſponet clamorem tuum?* (alii, *æſtimabit nobilitatem tuam?*) *non in afflictione* (alii, *non lectiſſimum aurum.*) q. d. ne afflictionis tempore preces tuas coram Deo diſponas. Sic plurimis locis Gemara ſacras literas decurtare conſuevit. Hæc in additamentis Codicis ערובין reperi.

Gemaræ hoc admodum uſitatum eſt, ut è S.S. uno loco ſubtiliter deducat πόρισμα; quum ſecundum rei veritatem hoc ipſum nobis ex aliquo S.S. commate profluat: nihilominus, inquam, quia id ſimplicius quam ex iſto commate depromitur, ideo ſic deducit author. Quemadmodum è verbis Deut. 24.1. *Libellus repudii*; libello eam repudiari, non ulla re alia docent. Quod ſic in tota Gemara concludunt, idque ex ſententia R. Joſes Galilæi: ſicuti Codice קדושי׳ legimus. Verum Magiſtris ex hac ſcript. Deut. 21.1. *Et ſcribet ei*, idem deducitur: unde ſic concludimus, *Et ſcribet ei*; ergo ſcripto repudiatur, non repudiatur argento. Similiter C. *Qui vitiat*, ex hoc verſ. 17. cap. 30. Num.

In

בנערותה בית אביה כל שבח שבנעורית לאביה ובכתובות וקרושין מסיק דההוא קרא בהפרת נדרים הוא דכתיב ובהנה רבות בגמרא ׃

In adoleſcentia ipſius, dũ eſt *in domo patris ſui*, deducitur, omne lucrum quod ei in adoleſcentia ipſius obtingit, patri cedere. At Codice 'כתובות & קרושי concludunt, hanc ſcripturam de reſcindendis votis exaratam fuiſſe. Hujuſmodi plura in Gemara occurrunt.

מצינו כשמביא ראיה ממקרא והדר ממעשה מקשה הגמר' ואומר וכי מאחר דממקרא מ ממעשה למה לי בפק דקידושין האומר חרופתי מקודשת שנאמר והיא שפחת נחרפת לאיש ועוד ביהודה קורין לארוסה הרופה ומקשינן ויהודה עוד לקרא כלומר וכי הפסוק צריך סיוע ממנהג יהודה ומזה יש לדקדק קצת בפא פרק אין מ מעמידין גבי ישראל שנטפל לו נכרי בדרך ושאל לו׃להיכן אתה הולך ירחיב לו את הדרך כדרך שהרחיב יעקב לעשו ד דכתיב עד אשר אבוא וכו' ומעשה בתלמידיו של רבי עקיבא שהיו מהלכין דאמאי לא מ מקשה שם כדרך שמקשה בקדושין כדכתיבנא אלא שיש לחלק׃

Occurrunt loca, ubi quum argumentum è Scriptura profertur, poſteaque caſu quodam ſive exemplo confirmatur; Gemara objicit ac quærit, Quid cum res è Script. ſtabilita ſit? quorſum eam mihi è caſu confirmas? Vt c.1.'קרושי. Qui dicit, Tu es deſponſata mea, ei jam devincta eſt; quia dicitur Lev. 19. 20. *Quæ ſit ancilla deſponſata alicui*: & præterea in Judæa, quæ alicui promiſſa eſt, hęc deſponſata dicitur. Itaque objicimus, An Judæorum conſuetudo inſuper ad Scripturam additur? q.d. An Sc. ex Judæorum conſuetudine confirmari debet? Hinc paulò accuratius expendendum aliquid, quod Cod. de Idolatria cap. *Non conſtituunt*, dicitur his verbis. Iſraëlita cui in itinere ſe jungit peregrinus, & quò tendat quærit; iter ipſi ſuum juſto longius aſſignabit. Sicuti Jacob Eſavo iter longius, quam reipſa futurum erat, præſcripſit: nam ſcriptum legimus Gen. 33. 14. *Vſque dum venero &c.* & exemplum habemus diſcipulorum R. Akibæ, qui iter faciebant. (Hæc expendenda inquam.) quæ enim cauſa cur hic non objiciatur, ſicuti Cod. 'קרושי? quemadmodum ſcripſimus. Niſi quod differentia quædam conſtituenda ſit.

מצינו אי בעית אימא שלא דבר קודם לכן כלל כמו אא קרא ואא סברא ודכוותיה טובא וכן

Occurrit hæc formula, *Si malis, dicam*, ubi nihil omninò præceſſit. ex. gr. Si malis, en Scripturam; & ſi malis, en rationem: & hujuſmodi

נמי

plurima. Similiter invenimus, ubi occurrit, *Dixit Rabbi*; quum nemo tamen quidpiam præmiſerit: neque id quempiam ſollicitat.

Adhibetur formula, *Veni*, *Vide*, in tota Gemara: cum in objiciendo; tum in ſolvendo argumento.

Gemara numero *αὐξητικῷ* uti ſolet, non præciſo; verùm hyperbolico *παχυτέρως* accepto. Sed hæc verba de centenario & majori quolibet numero intelligẽda ſunt; at centenario minor præciſè effertur. Quemadmodum manifeſtè c. 1. C. ערוכין: Pro ſententia filii Kaparæ facit, *Centum etiam hyperbolicè exprimitur*; ſed quod R. Juda affirmat, unde nobis conſtat? &c.

In Gemara poſteriorum verba antiquiorum dictis præponi deprehendimus: idque prima conſtitutione capitis, *Non conſtituunt*. ubi verba Rabinæ & Rabæ antè R. Parathi dictum collocantur; quum tamen R. Parath filius ſit R. Eleazaris filii Perathi illius, qui tempore Miſnicorum Doctorum vixit: uti videre eſt c. 1. Cod. נדה. Ratio hæc eſt, quod (ubi id factum) quiſq; ſocii dictis quædam addiderit; qui autem aliquid ſocii dictis addit, hunc poſteriori loco collocari æquum ſit. Vel etiam hęc eſt ratio: quia illud R. Parathi erat firmum principium; Gemara quod magis erat dubium * poſteriori loco collocavit. Atq; eadem eſt omnium ſimilium ratio.

Gemaræ hoc in more poſitum, ut unius ſapientis dicta ſimul jungat; quamvis inter ſe non conveniant. Quemadmodum illud capitis *Non conſtituunt*; ubi multa, alia poſt alia producit, circa controverſiam D. Joannis, D. Eliazaris, & D. Si-

נמי אשכחן אמר רבי שלא דבר אדם לפניו ואין קפידא בכך ·

מצינו ת"ש בין להקשות בין לפשו' בכולי גמרא ·

דרך הגמרא לומר חשבון מופלג ולאו דוקא אלא גוזמא בשלמא והם ממאה ולמעלה אבל ממאה ולמטה דוקא הוא כדאיתא בהדיא בפ"ק דערובין בשלמא לבר קפרא ע"ל דרך גוזמא מאה אלא לרבי יהודה מנא לן וכו' ·

מצינו בגמרא שמסדר דברי האחרונים לפני הראשונים ב בשמעתא קמייתא דפרק אין מעמידין דמסדר התם דברי רבינא ורבא לפני דברי רבי פרת ורבי פרת היה בנו של רבי אלעזר בן פרת שהיה בימי התנאים כדאיתא בפ"ק דנדה · והטעם משום דכל אחד מוסיף על חבירו ומאן דמפי מילתא אחבריה ראוי לקובעו באחרונה אי נמי משום דהך דרבי פרת עיקר קבעת הספק באחרונה וכן כל כיוצ' בזה ·

דרך הגמרא לסדר יחד מאמרים מחכם אחד ואף על גב דלא שייכי אהדדי כי הא דפרק אין מעמידין שמביא כמה דברים זה אחר זה מחלוקת רבי יוחנן ורבי אלעזר

ור"ש בר נחמני וכן דרך נהוג בכוליה גמרא·

מצינו ת"ש שאינו לא ממשנה ולא מברייתא אלא ממימרא בנזיר פג' מינין·

אשכחן יתור לשון משנה פעמים מדקדק הגמרא מאותו יתור ופעמים אינו מדקדק כמו נמצא כשר בשחיטה פסול במליקה מדקדק הגמרא נמצא למעוטי מחזר סימנים אחורי העורף· ותני נמצא כשר בתורים פסול בבני יונה וכו' באותו הפרק עצמו לא מדקדק נמצא למעוטי מאי והכריתות אומר דכל היכא דאיכא לדקדק דייקינן ואי ליכא לדקדק לא דייקינן דאורחא דמשנה בכל דבר שיש שני הפכים לומר נמצא כדי שלא נשכח אחד מן אותם ההפכים שיש בטלם קו' לכאן ולכאן לומר שאין אחד מן ההפכים ראוי אך בתוספות ראיתי טעם למה אינו מדקדק בכאן כמו שמדקדק בכאן· יעויין שם פירקא קמא דחולין וכאן אין מקום להאריך ונבון יתבונן בכל המקומות למה אין הגמרא מדקדק בכאן כמו בכאן·

D. Simeonis f. Nahmanis. Atque hæc trita via eſt per totam Gemaram.

Invenimus etiam, *Veni, Diſce*, ubi nec è Miſna, nec è Baraitha doctrina depromitur; ſed ex alio quovis dicto: ut Cod. נזיר, capite *Tria genera*.

Invenimus ſuperfluum quid in ſermone Miſnico: ubi Gemara ex ejuſmodi ſuperfluo aliquid acutè eruit; quandoque verò nihil acutè eruit. Veluti, *Reperitur aliquid in mactatione legitimum*, *quod in ſectione ungue facta illegitimum cenſetur.* Hic acutè obſervat Gemara iſtud, *Reperitur aliquid*, ad eum excludendum fuiſſe adhibitum, qui œſophagum & aſperam arteriam in cervicem retorqueret. Sed ad verba, Reperitur legitimum in turturibus, quod in pipionibus illegitimum eſt, &c. eodem ipſo capite; non anxiè inquirit, ad cujus exceptionem illud *Reperitur* præponatur. Author verò כריתות obſervat, quod, ubicunque locus eſt hujuſmodi inquiſitioni, ibi ſubtiliter inquiramus; ubi autem locus non eſt, nec ibi inquiramus. quandoquidem Miſnæ conſuetudo hæc eſt, ut ubicunque duo ſunt contraria, dicat, Reperitur: ne de alterutro iſtorum contrariorum (in quibus ſc. omnibus ab impari ad alterutrum argumentamur) dicere poſſimus, alterutrum contrariorum conveniens non eſſe. Attamen in additamentis generalem rationem inveni, quamobrem Gemara hic anxiè vocem ſupervacaneam non examinet, quemadmodum id alibi facit. Ibi c. 1. חולין videatur ratio: hic non eſt ſermonem producendi locus; intelligens ubique animadvertet, quare Gemara hic anxiè in rem non inquirat, quemadmodum alibi tamen inquirit.

פעמים כשמקשה ליפלת וליתני ברירת מתרץ כולה ברירה קא מיירי כלומר לא בעי התנא לאשמעינן חילוקין דהך ברירה כדקאמרת אבל יש ברירה שבו רוצה התנא לאשמעינן חילוקין וכולא אורחי' הוא כי הא דפרק קמא דבבא קמא גבי פלגא ניזקא כלומר חצי נזק שהתורה חייבה בשור תם רב פפא אמר ממונא ורב הונא בריה דרב יהושע אמר קנסא תפקא מינה אם משלם על פי עצמו דק"ל מודה בקנס פטור ׃ ואקשינן למאן דאמר קנסא מרתנן המית שורי את פלוני או המית שורו של פלו' את שורי הרי זה משלם על פי עצמו מאי לאו בתם כלומר וקשא למאן דאמר קנסא ודחינן לא במועד · והדר מקשה אבל תם מאי אינו משלם על פי עצמו א"ה מדתני סיפא המית שורי עבדו של פלוני הרי זה אינו משלם ע"פ עצמו ליפלת וליתני ברירה כלומר הא דלא אשכח פטור ע"פ עצמו אלא בעבד ליפלת ברירה כלומר בבן חורין הוה מצי לשווי חילוק

Aliquando quum objicitur, Rem diſtinguere debebat & quæ ad eam pertinebant edocere; reſpondetur, Totum illud in eo quod iſtam rem concernit pertractat? q. d. Doctor ille hujus ad eam rem ſpectantis diſtincta membra, quemadmodum tu dicis, nos edocere non vult; ſed quandoque datur quod ad eam pertinet, cujus diſtincta membra nos docere vult Doctor ille. Atque facere utrumque ſolet. Quemadmodum illud cap. 1. Babæ primæ, ad verba, Dimidium damni, q. d. Damni dimidium ad quod lex, ſi bos cornupeta non ſit, obligat. M. Papa illud pecuniam eſſe cenſet; at M. Houna f. M. Joſuæ pœnæ luitionem eſſe exiſtimat. Vnde dependet, an ſolvere teneatur, ſi ipſe culpam fateatur: quia nobis hoc conſtitutum eſt, eum qui ipſe luendam culpam fatetur, abſolvi. Porrò adverſus eum, qui pœnæ luitionem eſſe cenſet, ex eo objicimus quod legimus, Si bos meus alterius bovem occiderit, aut alterius bos meum occiderit; etiamſi culpam ultrò fateatur, ſolvere tenetur. quid? nonne in bove innocuo hoc obtinet? q. d. Hoc cum eo pugnat qui pœnæ luitionem ponit. At ſic ſolvimus: nequaquam; ſed in eo valet, de quo cornupetam eſſe conſtet. Iterumque objicitur: verum de innocuo quid dicendum? an poſſeſſor, culpam faſſus, mulctam ſolvere non tenetur? Si ita ſit, quum in fine legatur, *Si bos meus alicujus ſervum interfecerit, ecce is culpam ultro faſſus, ad ſolutionem non tenetur*; author rem diſtinguere debebat, quæque ad eam pertinebant edocere: q. d. Ecce quum culpam ultro faſſum non niſi in ſervi infortunio innocentem reperiat, in eo quod ad illam rem pertinebat diſtinguere debebat. q. d. in libero homine diſtinctionem proponere poterat:

דאיכא דלא משלם עַ֯פּ עצמו וליתני הכי במה דברים אמורים במועד ׳ אבל בתם אינו משלם עַ֯פּ עצמו ׳ ולמה לי דשבקינן תנא לאורחיה גבי ניזק מבן חורין לעבד ומשני כולה במועד קא מיירי כלומר חילוקין דמועד בעי תנא לאשמועינן ולא חילוקין דבן חורין כדקא אמרת דאז הוה שביק לאורחיה דרישא איירי במועד וסיפא בתם ודכוותיה ביבמות כלה בטהרות קא מיירי והארכתי בזה כדי שתתבאר ותתלבן השיטה יפה יפה ·

כל מקום שיש מחלוקת בין החכמים אומר הגמרא בחכם האחרון ופלו' אומר כלומר ש שמקדים שמו לאמירתו ולא יאמר אמר פלוני וכלל זה יהיה שמור בידך שבכל מקום שתמצא בגמרא פלוני אומר בידוע שהוא חולק על שלפניו · ואמר פלוני בידוע שאינו חולק ולא בא אלא לסייע או להוסיף·

הא דאמרינן בכולי גמרא דברי תורה מדברי קבלה לא ילפינן הַ֯מ עיקר הדין אבל גילוי מילתא בעלמא כלומר לגלות שהפסוק מיירי בהכי ילפינן כדמוכח פַ֯א מקמ'

poterat: quendam eſſe qui propriam culpam faſſus ſolvere non teneretur. Itaque ſic legendum fuit: De quo caſu verba hæc dicuntur? Reſp. Si de bove cornupeta conſtet: ſed ſi aliàs innocuus fuerit, poſſeſſor ultro culpam faſſus ad ſolutionem non tenetur. Verum quis mihi inde fructus quod Doctor nobis morem ſuum derelinquat, ubi de damno agitur: à libero homine ad ſervum deſcendens? Reſpondet Gemara, Totum iſtud de noto cornupeta perſequitur author: q.d. diſtinctiones de noto cornupeta nos docere Doctor vult; non verò diſtinctiones ad hominem liberum pertinentes, quemadmodum tu quidem voluiſti. nam hac ratione à more ſuo diſceſſiſſet: quia initium de cornupeta; finis verò de innocuo ageret. Talia paſſim in יבמות clarè tractantur. Hac in re prolixus fui: quò iſta formula exactiſſimè explicaretur & liqueret.

Vbicunque ſapientes diſſentiunt, Gemara de poſteriori inquit, At quidam dicit, q. d. ejus nomen ſermonem ſuum præcedere: non ait, At dicit quidam. Hanc generalem regulam mordicùs retineas: nam ubicunque in Gemara reperies, Quidam dicit, hunc à præcedenti diſſentire certum eſt; ubi verò invenies, Dicit quidam, in confeſſo eſt eum non diſſentire, & tantum confirmare vel addere quidpiam.

Illud quod paſſim in Gemara uſurpamus, Verba legis è traditionum verbis nō diſcimus, hunc habet ſenſum. Jus principale (ſc. non ita diſcimus;) ſed dicti explicationem quandam; veluti, ad oſtendendūm Scripturam de hac vel illa re agere, ſic diſcimus. Quemadmodum arguitur è c. 1. Babæ primæ.

דתניא וכי יגח אין נגיחה אלא בקרן וכהא ויעש לו צדקיה בן כנענה קרני ברזל וכו' ואמר בכור שורו הדר לו וקרני ראם קרניו · ושואל הגמרא מאי ואומר ורצה להשיב שצריך מפני שהפסוק הראשון היה קבלה ולא ילפינן מיניה ואקשינן עלה והאי מילף הוא בתמי' כלומר והלא לא ילפינן מדברי קבלה לא היוב ולא פטור אלא גלויי מילתא יליף לדברי תורה מדברי קבלה וכן כל כה"ג ·

מצינו בהרבה מקומות בגמרא ב' תיבות זו אצל זו הראשונה בניחותא והשנייה בתמיהא כמו בריש מגלה מנא לן מנא לן כדבעי למימר קמא חכמים הקלו על בני כפרים וכו' דמנא לן הראשון בעית היא ובניחותא קרינן ליה וה"ק מנא לן כל הני זימנין דקתני במתניתין וקא מתמהינן עלית מנא לן כלומר מנא לן קא בעית והא טעמא כדבעינן למימר קמא חכמים הקלו וכו' כה"ג בב"א פרק השוכר גבי משיכת בנכרי קונה דאמרינן מאי הוי עלה מאי הוי עלה דאמרינן וכו' ו כלומר מאי הוי עלה הראשון בניחותא והשני

Vbi traditio exotica ad verba Exod. 21. 35. *Et quum ferierit*, hoc ferire de ſolis cornibus eſſe accipiendum. Sicuti legitur 1 Reg. 22. 11. *Fecerat ſibi Tzidkiia f. Cenahanæ cornua ferrea* &c. Item dicitur Deut. 33. 17. *Primogeniti, bovis illius decor eſt ei, & cornua monocerotis duo cornua ejus.* Hic quærit Gemara, Quid eſt, Item dicitur? & reſpondere vult, iſtud neceſſarium fuiſſe, quod prius comma traditio eſſet, unde non diſcimus (ſc. legem.) Quod ita impugnamus. Hoc me docet! cum admiratione: q. d. Annon ita eſt, quod è traditionū verbis nec quid illicitum, nec quid licitum ſit diſcamus; ſed dicti alicujus explicationes ad legis verba è traditionum verbis quilibet addiſcat? Ita ſe habent omnia hiſce ſimilia.

rem firmiter aſſeverabo, adipem etiamſi oleum immittatur eſſe vetitum: quod M. Berounæ refragatur. Itaque quia hoc, & illo modo dici poteſt, nō determinant. Id è multis locis confirmatur. Dicere a. poſſumus, quamvis tres etiam ſint Doctores, ſi modo Doctor medius manifeſtè rem aggravet, abſolutè citatum poſtremum Doctorem ad primum accedere ad aggravandum; atque hoc definiri: uti liquet c. 1. Cod. de Idol. Ante peregrinorum feſta per tres dies vendere non licet &c. Doctor Iſmaël inquit, Interdictum ad tres dies ante feſta, & tres dies ea ſequentes extendi. Sapientes deníque, ante ipſa illicitum; ſed poſt eadem licitum eſſe. Vbi in Gemara objicimus, Sapientes cum prima Miſna facere: & reſpondetur, Intereſt Samuelis ſententia, quâ ſtatuit, in exilio nonniſi ipſo die illorum feſto venditionem interdici: adeo ut primus Doctor cum Samuelis dicto conveniat; non item Sapientes ſive Doctores. Senſus eſt, iſtud ideo objici, quia abſolutè poſtremus Doctor, quò magis rem quam primus aggravet, accedit. Et quemadmodum explicat D.S. J.l.m. Ecce iſthic etiam tres ſunt Doctores: & nihilominus dicitur, rem determinari. Verum id proculdubio fit propter illud D. Iſmaëlis. Hoc volo, Doctor medius rem admodum aggravat, quum inquit, Per tres dies ante ipſa, & tres dies ea ſequentes interdictum eſt: neque exiſtimatur, poſtremos Doctores eò progredi, ut iſtam conſtitutionem magis aggravent; verum abſolutè, ut primam conſtitutionem aggravent, accedere. ideoque negotium deciditur. Aliæ plurimæ formulæ in Gemara

has

מוכיחות אלו החלוקות ובמ״ש די למבין·

פעמים תנא מוקשה מחברו ושתיק וקא מהדר בברייתא או במתני' אחרת וכן מוכיח הגמרא בפסחים פרק אלו עוברי' ד דאומ' דאי שתיק תנא בחדא מכילתא איפשר מהדר במכילתא אחריתי הילכך יש ללמוד מזה דכל היכא דאשכחן תנא מוקשה מחבירו במשנה ושתיק אין לומר דמדשתיק הודה וקבל אלא אף על גב דשתיק הכא איפשר דמהדר בדוכתא אחריתא או מהדר ולא חש הגמרא להזכירו וסוגית הגמרא בכל כה״ג דאומר מאי מהדר ליה פלוני לפלוני כגון בריש ברכות שפיר קאמר ליה רבי יהודה לר״מ אמר לך ר״מ וכו' וכן בכמה דוכתי·

מצינו וחכמים אומרים דלא קאי אכל מה דאיתי ברישא פרק אלו נערות גנב וטבח בשבת גנב וטבח לע״א גנב שור הנסקל וטבחו משלם תשלומי· ד' וה' דברי רבי מאיר וחכמים פוטרים· ואמרו בגמרא התם כי קא פטרי רבנן אשארא פי' ע״א ושור הנסקל וכן כל כיוצא בזה ולפעמים אומר מלה בסיפא ולאו קיימא אסיפא אלא ארישא פרק השואל המשכיר בית לחבירו

has diviſiones comprobant : ſed intelligenti dicta ſufficiunt.

Aliquando Miſnicus à ſocio impugnatur ac reticet : deinde in Baraitha aut alia Miſna rem reſumit. Hujuſmodi quid Gemara in פסחים oſtendit, capite, *Hi tranſeuntes:* ubi dicit, etiamſi Miſnicus in quodam paragrapho taceat, fieri poſſe ut in alio paragrapho rem reſumat. Hinc ergo diſcendum, quod ubicunque invenimus Doctorem à ſocio ſuo in Miſna impugnari, & tacere; dicendum non ſit, eum quia tacet, alteri aſſentiri ejuſque ſententiam amplecti: ſed quamvis hic taceat, fieri poſſe ut alio loco reſpondeat; vel etiam reſpondere, etſi Gemara ſollicita non ſit, ut iſtud commemoret. Stilus autem Gemaræ eſt, ut in omnibus ſimilibus dicat, Quid iſte N. huic N. reſpondet? ut initio berachoth, Præclarè dixit D. Judas D: Meïro: & reſpondit tibi D. M. &c. Sic multis locis.

Invenimus, *At Sapientes dicunt*, quod non refertur ad omnia quæ prius producta erant. Capite *Ha puella*, Si furatus eſt & mactavit in Sabbatho; furatus eſt & mactavit idolis; furatus eſt bovem lapidandum eumque mactavit, quadruplum vel quintuplum reddit: uti ſentit Doct. Meïr; at Sapientes abſolvunt. Illic in Gemara dicunt, illud Sapientum *Abſolvere* ad partem tantum, ſenſus eſt, ad mactatum Idolis & bovem lapidandum, referri. Ita ſimilia omnia. Quandoq; autem aliquid ſub finem dicitur; cum tamen non ad finem, ſed principium ſpectet. Capite *Poſtulans:* Si aliquis ſocio ſuo domum elocet, is

על השוכר לעשות לו מזוזה וכשיצא לא יטלנה ובנכרי יטלנה בידו ויצא · ומעשה בא' שנטלה בידו ויצא ׃ וקבר את אשתו ושני בניו ומקשה ומעשה לסתור פי דקס̇ד ראסיפא קאי ומשני אלא ארישא וכן כל כיוצא בזה ·

דרך הברייתות למדרש מחד קרא כמה דרשות אף על גב דלא נפקא ליה מהך קרא אלא חדא ואידך מקרא אחרינא נפקי אלא אגב ריהטא דריש כולהו מחד קרא כגון הך והתעלמת ׃ פעמים שאתה מתעלם כגון כהן בבית הקברות וזקן ואינה לפי כבודו או שהיתה מלאכת שלו מרובה משל חבירו וכו' וכהן בבית הקברות נפקא דלא אתי עשה ודחי לא תעשה ושהתה ושלו מרובה משל חבירו נפקא מדכתיב אפס כי לא יהיה בך אביון שלך קודם כדאיתא במציעא אלא תנקט כולהו בחד קרא אגב ריהטא וכי האי גונא בכמה ברייתות ·

פעמים לא דייק תנא במשנה בשיעור' בדבר מועט בריש בבא בתר' במשנת מקום שנהגו ל לעשות פסים לבנים וכו' אומר

qui eam conducit ejuſdem poſtibus ſacrũ paragraphum inſcribere tenetur, quem egrediens non auferet: ſed ſi peregrinus ſuccedat, illum manu ſua auferens exibit. Exemplum habemus in quodam, qui illo manu ſua ablato egreſſus eſt, & poſtea uxorem cum duobus filiis ſepelivit. Hic objicitur, An profertur exemplum conſtitutioni repugnans? id eſt, Forte exiſtimabis id ad finem referendum eſſe. ſed reſpondetur, ad principium referri debere. Sic ſimilia omnia.

Hic eſt Baraitharũ mos, ut acutè multa ex uno Scripturæ loco eliciat: quamvis ex iſto loco Scr. non niſi unum profluat; ex alio verò aliud. Verum orationis curſu & impetu iſta omnia ex uno ſcr. loco author elicit. Vt ex illo Deut. 22. 1. *Non occultabis te:* nonnunquam te occultabis, ut ſacerdos cum pecus in ſepulchretum aufugerit; aut ſenator, quum illud ejus dignitas non permittet; aut cum ipſius opus præſtat operi alterius &c. Attamen quod de ſacerdote, quum pecus in ſepulchretum aufugerit, dicitur, ex eo profluit, quod non detur præceptum affirmans, infringens interdictum reſpectu ſacerdotum. Item, *Cum ipſius opus alterius opere potius eſt*, inde profluit quod Deut. 15. 4. ſcribitur, *Omnino in te ne eſto egens.* Ipſum tuum opus præcedere debet: ut in Baba Metſia docetur. Verum quod omnia ex eodem Sc. loco deſumat, id fit orationis impetu. Ejuſmodi in plurimis Baraitoth occurrunt.

Aliquando Miſnicus in Miſna ad quantitatem in re parva accurate non attendit. Initio Bavæ poſtremæ in Miſna: Vbi diſſectis lateribus & lateribus ſtruere ſolent &c. dicitur in Ge-

בגמרא כיון דלא הוי טפח לא חשיב וכן בענין התלוי בחשבון לא דייק כשהיה הטעות לחומרא פק' דסוכה סוכה העשויה ככבשן קאמר התם לחומרא לא דק ודכותיהו טובא·

אין למדין מן הכללות אפילו במקום שנאמר בהם חוץ ב בקדושין כל מצות עשה שהזמן גרמא נשים פטורות וכו' ומקשה וכללא הוי בתמיהה והרי מצות שמחה והקהל מצות שהזמן גרמא הם ונשים חיובות· ומשני אמר רבי יוחאי אין למדין וכו' וכן מייתי בפרק בכל מערבין ואת סוף סוף מאי כל דקאמר דכיון דאינו כולל אין זה כלל· וי"ל כי הקצת הוא כל בערך אל עצמו·

כל היכא דתני מניינא לדרשא כמו אבות מלאכות חסר אחת דייק בגמרא מנינא למה לי כלומר למה לי למיתני מנין ליתנינהו ואנא ידענא דארבעים חסר א' נינהו· והכי דייקינן גבי ד' אבות נזיקין וכן כה"ג·

כל מקום שאומר במשנה כלל גדול משום חומרא ואותו דבר הוא כמו כלל גדול בשבת וכן במקומות אחרים דחמירא

in Gemara, Quum ad palmi quantitatem non pertingant, author quantitatem non æſtimat. Similiter in re quæ à numero dependet, author de errore in re aggravanda ſollicitus non eſt. Vt c. 1. סוכה: Tugurium fornacis quantitate ſtructum. Hic dicitur, Ad quantitatem in aggravando adhibitam anxie non attendit. Hujuſmodi multa ſunt.

Ex univerſali particula, ubi etiam additur *Prater*, iſtiuſmodi quid colligere non licet. In 'קידושי: Ab omnibus præceptis affirmativis, quæ à tempore dependent, liberæ ſunt mulieres &c. Ibi objicitur: Hæccine eſt generalis regula! cum admiratione. Atqui præcepta de lætitia & conveniendo ad audiendũ legem, à tempore dependent; & nihilominus mulieres tenentur. Atque reſpondetur, dixiſſe D. Johæum, Non colligunt &c. Simile producitur capite, *Omnia miſcent ac conjungunt*. Quod ſi dicas, Quid tandem illud *Omne* quod legitur? Nam quum omnia nõ complectitur, non eſt univerſale Reſpondendum: partem illam eſſe totum, reſpectu ſui ipſius.

Vbicunque numerus apponitur, id fit quò inde aliquid eliciatur: ut, Præcipua opera ſunt &c. uno minus. Hic in Gemara rimãtur, quare exprimatur ejus numerus: q. d. quorſum hic numerũ lego? iſta opera tantum proponeret: & ego ſatis cognoſcerem eſſe triginta novem. Similiter rimamur apud verba, Quatuor ſunt damnorum fontes. Sic ſimilia.

Vbicunque in Miſna dicitur, *Magna regula*, ita loquuntur, quia res illa gravis eſt. ut in Codice de Sabbatho, Regula magna: ſimiliterque

כראיתא התם בשבת פרק כלל גדול ·

פעמים במשנה ובברייתא מייתי קרא ואינו דבר תורה ממש רק מדרבנן וקרא אסמכתא הוא ביבמות גרושה לא יקחו אין לי אלא גרושה חלוצה מנין ת״ל ואשה ואסיק התם דחלותה דרבנן וקרא אסמכתא בעלמא הוא וכה״ג בכמה דוכתי ·

מצינו במשנה תלמידים חולקים על רבם והתלמידים נזכרו בתחלה לפני רבם בפ״ק דעדיות בש״א רובע עצמות מן העצמים ובה״א רובע עצמות מן הגויה שמאי אומר אפילו עצם אחד וכו׳ וכן במקומות אחרים · והטעם אומר הכריתות שהתלמידי׳ קבלו כך מרבם תחלה בילדותו ושוב חזר בו בזקנתו ואפ״ה משנה ראשונה לא זזה ממקומה ·

מצינו אשה חולקת עם התנאים בדין כמו תנא כמו שמצא הכריתות בתוספתא דריש כלאים פ״א רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרים וברוריה אמרה וכו׳ וכשנאמרו דברים לפני רבי יהושע אמר יפה אמרה ברוריה וכו׳ ·

מצינו בברייתא בהמה במקום עוף בפ״ק דחולין בין שצואר הבהמה למעלה והסכין למטה

alibi, ubi res gravis proponitur: quemadmodum ibi in שבת, capite, *Regula magna*.

Aliquando in Miſna & Baraitha author Scripturam producit: quum tamen ipſum quod tractatur non ſit legis; ſed Doctorum potius; Scriptura autem eò applicetur. In יבמות: Dimiſſam uxorem non ducent Sacerdotes. Hic nonniſi dimiſſam invenio: unde illud de muliere excalceata? Docetur quod reſpondeas Lev. 21. 7. *Et mulierē.* Ideo concludit ibi author, illud de Excalceata Doctorum eſſe; Scripturam verò vulgari quadam ratione ac modo eò applicari. Similia paſſim occurrunt.

Invenimus etiam in Miſna diſcipulos à ſuo magiſtro diſſentire, & priori loco commemorari ante magiſtrum ſuum. c. 1. עדיות. Diſcipuli Schammæi dicunt, Quadrantal plenum oſſibus diverſorum; at diſcipuli Hillelis ajunt, Quadrantal plenum oſſibus unius cadaveris: Schammæus inquit, Etiam os unum, &c. Sic alibi. Rationem reddit author כריתות: diſcipulos initio ſic edoctos à magiſtro ſuo in adoleſcentia ipſius; qui poſtea in ſenectute ſua ſe ipſum correxerit: nihilominus priorem Miſnam loco motam non fuiſſe.

Invenimus quoque mulierem à Doctoribus Miſnicis in jure diſſentire, inſtar Miſnici alicujus. Quemadmodum author כריתות in additionibus invenit initio Cod. כלאים c. 11. D. Tarphon immundum pronuntiat; Sapientes mundum; at Berouria inquit &c. quum hæc corā D. Joſua narrarentur, dixit, Bene reſpōdit Berouria, &c.

Invenimus in Baraitha pro ave pecudem poni c. 1. חולין. Sive pecudis collum ſuperius ſit, culter verò inferior

וכו' ואוקמה רב פפא בעופא דקליל והאי דקתני בהמה לאו דוקא ויש נוסחאות התם דלא גרסינן בהמה אלא צואר למעלה סתם ·

rior &c. Hoc M. Papa conſtituit in ave, quæ parva eſt; quod autem legitur *Pecus*, id proprie accipiendum non eſt. Sunt etiam illic exemplaria ubi non legimus *Pecudis*; ſed ſimpliciter *Collum ſuperius*.

השער הרביעי

בדרכי המדות שהתורה נדרשת בהם וכל הנלוה אליהם מדרכי מדרשות החכמים ואסמכתותיהם וחלקתיו לד' פרקים והדברים עתיקים כראי מוצק חזקים ·

הפרק הראשון במנין המדות כולם וסדר חשבונם אחת לאחת למצוא חשבון ואם ידעתי כי אם אספרם מחול ירבון ·

הפרק השני בדיני השלשה עשרה מדות המפורסמות בחותם ר' ישמעאל חתומות ·

הפרק השלישי בל״ב מדות דרכי אליעזר ברבי יוסי הגלילי ל״ב נתיבות ההגד מים חיים נובעין מכלי ·

הפרק הרביעי בדרכי המדרשות והאסמכתות למוצאיהם לבד המדות המקובלות ושרשיהם ·

TRACTATVS IV.

De variis modis, quibus lex explicatur: iiſque qui illis affines ſunt, cum ex modis allegoriarum Sapientum; tum ex alluſionum locis. Quem in quatuor diviſi capita: ubi dicta perpetua & firma inſtar ſpeculi fuſi.

Caput primum de omnium modorum numero, calculique ordine ſucceſſivo ad numerum inveniendum: etſi cognoſcam, quod ſi illos enumerem, arenam numero ſuperaturos.

Caput ſecundum de conditione tredecim modorum pervulgatorum, qui D. Iſmaëlis ſigillo obſignati ſunt.

Caput tertium de 32 modis D. Eliezeris f. Doctoris Ioſes Galilæi: ſive 32 viis ſermonum popularium, quibus aquæ perennes è machinis emanant.

Caput quartum de allegoriarum & alluſionum modis ſecundum ſuas origines, præter receptos modos eorumque radices.

הפרק הראשון

לשון הראב״ד בפתיחת פירושו לת״כ כל מקום ששנו חז״ל סנין

CAPVT I.

ITa infit D. Abr. f. Davidis præfatione commentariorum ſuorum in Leviticum. Vbicunque Sapientes l. m. nume-

מנין צריך מנין למניותיהם ו ובשיעוריהם צריך שיעור ל לשיעוריהם · וכללותיהם הם צריכים פרטי פרטות שהרי מע חז״ל בבריתא דר' ישמעאל י״ג מדות וכשבאו לפרט נראי' י״ו מדות דוק ותשכח וכלל זה יהיה בידך שכל מדה שאין דינה משתני' מחבירת' נחשבת עמה מדה אחת והרי לך סדר חשבונם על פי האותיות · א' קל וחומר · ב' גזירה שוה · ג' בנין אב וכתוב א' בנין אב ושני כתובים : ד' כלל ופרט · ה' פרט וכלל · ו' כלל ופרט וכלל · ז' כלל שצריך לפרט ופרט שצריך לכלל · ח' דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על הכלל · ט' דבר שהיה בכלל ויצא לטעון טעם אחר שהוא כענינו · י' יצא לטעון טען אחר שלא כענינו · יא' יצא לידון בדבר החדש · יב' דבר הלמד מענינו ודבר הלמד מסופו · יג' שני כתובים המכחישין זה את זה · אלו הן יג' מדות בפרטן ובמניינם ובכללם · ובכאן יל' מה ראה רבי ישמעאל לפרש בפרטן דין מקצתן כגון כלל ופרט וכלל דקאמר אתה דן כעין הפרט : וכן יצא

rum expreſſerunt, numero alio ad eorum numeros opus eſt; & in quavis eorum quantitate, quantitate ad eorum quantitatem opus eſt; eorumque generales regulæ ſpecialiſſimis egent. Etenim ecce Sapientes l.m. in Baraitha D.Iſmaëlis 13 numerarunt modos: quum autem eos ſpeciatim recenſent, 16 eſſe videntur: attende & invenies. Hanc verò regulam teneas, quemvis modum cujus conditio à compari ſuo diverſa non eſt, cum eo cenſeri eundem. Et ecce tibi numeri eorum ordinem ſecundum literarum ſeriem. *a* Ab impari; *b* A vocum convenientia; *c* Principii conſtitutio ex uno Scr.loco,& principii conſtitutio è duobus locis; *d* Generale cum ſpeciali; *e* Speciale cum generali; *f* Duo generalia cum interpoſito ſpeciali; *g* Generale egens ſpeciali; & ſpeciale quod generali eget; *h* Quum res in genere contenta, à genere ſeparatim exprimitur, ut de genere aliquid doceat; *i* Quum aliquid in genere contentum ſeparatim ponitur ad onus aliud imponendum, quod cum illo convenit; *k* Aut ſeparatim ponitur,ad diverſum quid imponendum, quod cum illo non convenit; *l* Separatim collocatur,ut de eo novi quid ſtatuatur &c. *m* Res quæ è ſubjecto diſcitur,& res quæ è fine diſcitur; *n* Duæ Scripturæ ſibi invicem contradicentes. Hi ſunt 13 modi ſpeciatim ſuis numeris & generatim propoſiti. Hic autem inquirendum eſt, quid D. Iſmaëli viſum fuerit, ut ſpeciatim quorundam modorum conditionem exponeret. Ex. gr. *Duo generalia cum interpoſito ſpeciali*, ubi dicit judicanda eſſe ſecundum ſpeciale: ſimiliter, *Res in genere contenta ſpecia-*

tim

מן הכלל ללמד על הכלל וזולתם ואלו דין מקצתם לא פי' עם הפרטים ועוד משהתחיל לפרש הפסיק בכלל הצריך לפרט ופרט הצריך לכלל · ולא פורש בו כלום · ומשיב הראב״ד ז״ל מפני שהזכיר כלל ופרט וכלל שאין דורשין את שניה' ר״ל הכללות והפרטות דכלל ופרט אין בכלל אלא מה שבפרט ופרט וכלל נעשה כלל מוסף על הפרט כמו שיתבאר פרק הבא בע״ה · חזר ואמר בכלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט כלומר שאנו דנין את הכלל כעין הפרט ומשהתחיל לפרש בזה פירש דין כולם עד לבסוף · ומה שהפסיק בכלל הצריך לפרט ופרט הצריך לכלל סמך בפירושו על מה שפי' בכלל ופרט וכלל שדורשין את הכל הכלל והפרט ושוב חזר ומנה ופי' עד הסוף ׃ עוד יש שתי מדות אחרות שלא מנה אותם רבי ישמעאל הא' הזכירוה בנזיר בפ״ג מינים והוא פרט וכלל ופרט והב' נזכרת בז' מדות שדרש הלל לפני זקני בתירא והוא מדת כיוצא בו במקום אחר· ועתיד אני לזכור טעם שהשמיטן רבי ישמעאל במקום

tim exprimitur ut de genere aliquid doceat; & ſic alia. Iterum ecce quorundam conditionẽ cum ſpeciebus non expoſuit. Quinetiam poſtquam exponere incepit, abrumpit in modo, *g Generale egens ſpeciali*; *& ſpeciale quod generali eget*: ubi nihil explicat. Verum reſpondet D. Abr. f. D. l.m. Quia meminerat horum, ſc. *Generalis*, *ſpecialis*, *& generalis*, ubi duo iſta negligunt, nimirum generalem & ſpecialem conditionem; (nam cum dicitur, *Generale cum ſpeciali*, non continetur quicquam in generali niſi quod in ſpeciali eſt; & in, *Speciale cum generali*, ſtatuitur generale aliquid addere ſpeciali, quemadmodum capite ſequenti favente Deo exponetur) redit ac dicit ad, *Duo generalia cum interpoſito ſpeciali*, non aliter judicas quam ſecundum ſpeciale, q. d. nos judicare generale ſecundum ſpeciale: & poſtquam hic explicare incepit, omnium conditionem ad ultimum modum uſque enarrat. Quod autem abrumpat in, *Generale egens ſpeciali*, *& ſpeciale quod generali eget*; in ſua expoſitione eo nititur quod propoſuerat in, *Duo generalia cum interpoſito ſpeciali*: quo etiam exponunt omne Generale & Speciale. Deinde redit, numerat, & exponit omnia ad finem uſque. Sunt præterea duo alii modi, quos non numeravit D. Iſmaël: eorumq; unum commemorarunt Cod. נזיר. capite, Tres ſpecies, ſc. Duo ſpecialia cum interpoſito generali: ſecundus commemoratur inter ſeptem modos, quos expoſuit Hillel coram ſenatoribus Bethiræ: qui modus dicitur, *Huic ſimilia alio loco*. Ego autem poſthac rationem memorabo, quare iſtos Doctor Iſmaël omiſerit: idque

loco peculiari Deo dante. Porro hi ſunt 32 modi, quibus ſermones populares eruuntur : nam traditio talis eſt , Doctor Eliezer filius D. Joſis Galilæi ita inquit, 32 modis ſermo popularis eruitur. 1 Auxeſi. 2 Diminutione. 3 Auxeſi poſt auxeſin. 4 Diminutione poſt diminutionem. 5 Implicito argumento ab impari. 6 Explicitò argumento ab impari. 7 Ab eadem origine. 8 A conſtitutione principii. 9 Compendio. 10 E re immutata. 11 Ex ordine diviſo. 12 Ex eo quod cum ad illuſtrandum adductum eſſet, deprehenditur illuſtratum. 13 Generali cui ſuccedit factum, quod ſit prioris determinatio. 14 E magno quod à minori dependet, inſonando auribus prout audire aſſueverunt. 15 E duabus Scripturis, quæ ſibi invicem contradicunt, &c. 16 Ex eo quod ſuo loco ſingulare eſt. 17 Eo quod ſuo loco non explicatur; ſed explicatur loco alio. 18 Ex eo quod cum reſtricte dicatur, in omnibus obtinet. 19 Eo quod cum de hoc dicatur, in compari etiam locum habet. 20 Eo quod etſi de hoc dicatur, huc non pertinet; ſed compari competit. 21 Ex eo quod ad duos modos æqualiter ſe habet, cuique tu vim, quæ in ambobus præſtat, attribuis. 22 Eo quod à compari arguitur. 23 Eo quod compar ſuum arguit. 24 Ex eo quod in genere contentum ſeorſim ab eo collocatur, ut de ſe aliquid doceat. 25 Eo quod in genere contentum ſeorſim ab eo collocatur, ut de compari aliquid doceat. 26 Parabolâ. 27 Ex ſuperiori. 28 A pari. 29 Ex præpoſito & poſtpoſito, quod rei inſit. 30 E præcedēti & ſequenti

המיוחד בגד · ואלו הם לב' מדות שההגדה נדרשת בהן דתניא רבי אליעזר ברבי יוסי הגלילי אומר בלב' מדות ה ההגדה נדרשת בריבוי · ובמיעוט · ובריבוי אחר ריבוי · ובמיעוט אחר מיעוט · ובקו כתום ׃ ובקו מפורש · מגש · מבנין אב · מדרך קצרה · מדבר שהוא שנוי ׃ מסדור שנחלק · מדבר שהוא בא ללמד ונמצא למד · מכלל שאחריו מעשה והוא פרטו של ראשון · מדבר גדול שהוא נתלה בדבר קטן הימנו · להשמיע לאזן כדרך שהיא שומעת · . משני כתובים המכחישין זה את זה וכו' · מדבר שהוא מיוחד ב במקומו · ומדבר שאינו מתפרש במקומו ומתפרש במקום אחר · ומדבר שנאמר בקצת והוא נוהג בכל · ומדבר שנאמר בזה והוא בחבירו · ומדבר שנאמר בזה ואינו ענין לו אבל הוא ענין לחבירו · מדבר שהוקש לשתי מדות ואתה נותן לו הכח היפה שבשתיהן · ומדבר שחבירו מוכיח עליו · ומדבר שהוא מוכיח על חבירו ׃ מד' שהי' בכלל ויצא מן הכל' ללמדעל עצמו ׃ ומדבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על חבירו ׃ וממשל ׃ וממעל ׃ ומנגד · וממוקדם וממאוחר שהוא בענין · וממוקדם וממאוחר שהוא

in

בפרשות · מלשון נוטריקון · מלשון גמט י אם לחשבון האותיות · אם לחילוף זו בזו · הרי אלו לב' מדות מכאן אמרו כל מקום שאתה מוצא דבריו של רבי אליעזר ברבי יוסי הגלילי בהגדה עשה אזניך כאפרכסת ושמע דבריו שנאמר הט לחכמה אזניך ובפרק המיוחד להם בס"ד אכתוב טעם בכל מדה ומדה אמאי לא חשיב לה רבי ישמעאל כלשון רבינו שמשון ז"ל בספר כריתות לא אטה ימין ושמאל ·

ויותר כהמה בני הזהר במדות חכמי הגמרא במדרשותיהן ואסמכתותיהן ובמקראותיהן כי להנה שרשים גדולים שמהם מסתעפים כמה ענפים בדיני התורה · ואלו הן אם למקרא · ואם למסורת · שני כתובים הבאים כאחד אין מלמדין · אין מוקדם ומאוחר בתורה · עירוב פרשיות · גורעין · ומוסיפין · ודורשין · סרס המקרא ודרשהו · מקרא נדרש לפניו ולאחריו · דורשין תחלות · אין ריבוי אחר ריבוי אלא למעט · אין מיעוט אחר מיעוט אלא לרבות · פרש' שנאמרה ונשנית בשביל דבר שנתחדש בה · הפסק הענין · איידי במקראות ·

in ſectionibus. 31 E formula quâ literæ pro vocibus accipiuntur. 32 Formulâ qua literæ expenduntur, vel ſecundum numerum iis deſignatum; vel ſecundum earum permutationem. En iſtos 32 modos. Hinc dicunt: ubicunque verba D. Eliezeris fil. D. Joſis Galilæi invenis in ſermone populari; aures tuas diſpone inſtar harpagii perforati, & verba illius attende: quemadmodum dicitur, *Inclina ad ſapientiam aures tuas.* Cæterum capite illis deſtinato, Deo dante, ad ſingulos modos rationem ſcribam, quare illos D. Iſmaël neglexerit: formulam D. noſtri Simſonis l.m. in libro כריתו' ſequutus; nec ad dextram vel ſiniſtram declinabo.

Vlterius autem fili mi admonitus eſto de modis Sapientum Gemaræ in ſuis myſticis expoſitionibus & alluſionibus atque Scripturarum citationibus: modi enim iſti magnas radices habent, è quibus quam plurimi rami in legis divinæ juribus ſuccreſcunt. Sunt autem hi; Principium lectioni ineſt; Principium traditioni ineſt: E duabus Scripturis, quæ unum idemque docent, nihil eruunt; Non eſt prius & poſterius in lege; Confuſio ſectionum; Auferunt, addunt, & ita exponunt; Inverte Scripturam ac deinde expone eandem; Scriptura ex antecedentibus & conſequentibus exponitur; In ſubtili indagine principia connumerant; Auxeſis auxeſin nonniſi ad diminuendum ſequitur; Diminutio diminutionem nonniſi ad augendum ſequitur; Sectio quæ cum immutatione proponitur, mutatur propter id, quod in ipſa innovatur; Rem diſtinguere; Occaſio in Scripturis; Ob

interdictum quod in generali continetur non vapulant; Interdictum quod ad præceptum transfertur; Præceptum depellit interdictum; Prohibitio complectens, & prohibitio addens; Loquitur lex phraſibus filiorum hominis.

לאו שבכללות אין לוקין עליו׃ לאו הניתק לעשות ׃ עשה דחי לא תעשה׃ איסור כולל׃ איסור מוסיף׃ דברה תורה כלשון בני אדם׃

Capvt II.

Ratio argumentandi ab impari eſt modus conſcriptus in lege: ubi depromunt argumentationem à minori ad majus; & diſcunt quod gravius eſt ab eo quod levius eſt ad aggravandum. Et ratio hoc exigit: nam ſi in eo quod levius eſt, hæc (ut ita dicam) gravitas reperiatur; annon in hoc quod gravius eſt, multo magis convenit, ut iſta gravitas inhæreat. Atque hæc ratio etiam invertitur, ut leve è gravi (minus è majori colligamus) ad alevandum. Verum Doctores ſuo ſermone quod frequentius eſt accipiunt; vel etiam Scripturæ viam inſiſtunt: quia ſcriptum Num. 12.14. *Si pater ejus ſputum inſpuiſſet in faciem ejus* &c. quanto magis Deitas &c. Inde diſcimus argumentum à minori Scripturâ niti, hoc eſt, *Gravius ab eo quod levius eſt ad aggravandum.*

Argumentum ab impari ratiocinatione fit: quaſi d. communi ratiocinationis æſtimatione; non verò per ipſam Scripturæ vim. Quemadmodum illud in damnis fundamentalibus: Sicuti dens, qui ad nocendum non collimat, reum facit: cornu quod eò tendit, annon multo magis? Ita ſe habent omnia ſimilia. Aliquando jure quodam nititur: hoc volo, jure legis divinæ & prærogativis, quas Scriptura in re collocat: idque cum ad allevandum; tum ad aggravandum.

הפרק השני

דיני קל וחומר מדה כתובה בתורה שדורשין קל וחומר ולומדין חמור מקל להחמיר ׃ והדעת תחייב זה שאם זה הקל נמצאת בו זאת החומרא זה החמור לא כ״ש שתהיה בו אותה החומרא וה״ה איפכ׳ קל מהחמור להקל אלא שהתנא נקט בלשונו היותר נהוג אג׳ אורחיה דקרא נקט .דכתיב ואביה ירוק ירק בפניה וכו׳ ק״ו לשכינה׃ ומשם אנו למדין דין ק״ו מן התורה והיינו חמור מקל להחמיר׃

הקל וחומר נעשה מסברא כלומר מחשיבות סברא בעלמא ולא מכח הכתוב כגון הנהו דאבות נזיקין ומה שן שאין כוונתה להזיק חייב קרן שכוונתו להזיק לא כ״ש ׃ וכן כל כי האי גוונא ופעמים נעשה מדין כלומר מדין התורה וממעלות שנתן הכתוב בדבר בין להקל בין להחמיר

כגון הנהו דפרקא קמא דקידושין גבי כסף שטר וביאה מה אמה העבריה שאין נקנית ב בביאה נקנית בכסף שנקנית בביאה אינו דין שנקנית בכסף וכן כל כה״ג·

אין דנין ק״ו אלא להטיל על הלמד אותה חומרא שנמצאת במלמד בלבד אבל להעדיף עליו יותר מהמלמד לא ׀ ואף על פי שהלמד כ״כ חסור בערך המלמד והיינו דקאמר בכל דוכתא דיו לבא מן הדין להיות כנדון· פי׳ דיו ללמד להיות כמלמד כדגמרי׳ מקרא דכתיב תסגר שבעת ימים ואף על פי שאין ערך לשכינה עם האב וכמה מעלות טובות למקום עלינו ודין פלוגתא דרבי טרפון ורבנן בקמא פ׳ כיצד הרגל ומסקנא התם דהיכא דלא מפריך ק״ו כ״ע אית להו דיו כי פליגי היכ׳ דמיפרך ק״ו פי׳ לא מיפריך היכא דא״נ אמרי׳ דיו סוף סוף מהני לן הק״ו דגמרינן ביה מילתא דלא כתיבא כגון הק״ו שהביא התנא ואביה ירוק ירק בפניה ק״ו לשכינה ארביסר יום אלא דיו וכו׳ פי׳ ז׳ דשכינה

Vt illud c. 1. 'קידושי, ad verba, Argento, chirographo, congreſſu: Quemadmodum ancilla Hebræa, quæ congreſſu non acquiritur, acquiritur argento; illa mulier quæ congreſſu acquiritur, annon æquum eſt ut argento acquiratur? Ita ſimilia omnia.

Non argumentantur à minori ad majus, niſi ut ſuper id quod docetur eam tantum gravitatem jaciant, quæ in eo quod docet invenitur; ſed non adeo, ut iſtam magis in illo, quam in hoc augeant: quamvis etiam quod docetur tantam habeat gravitatem, illius quod docet reſpectu. Atque hoc illud eſt quod paſſim dicitur: Sufficit ei quod ex argumentatione provenit, ut ei unde argumentum ducitur, ſit æquale: id eſt, ſufficit ei quod docetur, ut docenti æquetur. Quemadmodum è Scriptura diſcimus: nam ſcribitur Num. 12. 14. *Secluditor ſeptem dies*; etſi nullo Deitatis cum illo patre ſit comparatio: quot enim Deo ſupra nos præſtantiſſimi gradus competunt! Cauſa controverſa inter Doct. Tarphonem & Sapientes proponitur Babæ primæ capite, *Qui pes*: ubi concludimus, Quod ubicunque non infringitur argumentum ab impari, omnes fateantur illud *Sufficere*: nam de eo diſſentiunt, ubi argumentum ab impari infringitur. Quod ita intelligendum, Non infringitur, ubi etiamſi dicamus ſufficere, omnino tamen nobis prodeſt argumentum ab impari, indeque rem non ſcriptam diſcimus. Veluti in illo ab impari quod Doctor ille proferebat è Num. 12. *Si pater ejus ſputum inſpuiſſet in faciem ejus:* quanto magis quod ad Deitatem attinet, quatuordecim dies? Sed ſufficit ei &c. id eſt, ſeptem dies qui Divinitatē

לא כתיבי כל עיקר אתא קׄו ואייתי ארביכר אתא דיו אפיק ז' ואוקי ז'. וכל כיוצא בזה בהא הכל מודים דאמרינן דיו אבל היכא דאי אמרינן דיו מיפריך הקׄו ולא יועיל דבר. רבי טרפון סבר דלא אמרינן דיו ורבנן סברי דאפׄה אמרינן דיו כגון ההיא דפרק כיצד הרגל שור המזיק ברשות הניזק רבי טרפון אומר נזק שלם וחכמים אומרים חצי נזק אמר להם רבי טרפון ומה במקום שהקל על שן ורגל דברשות הרבים פטור החמיר עליהם ברשות הניזק לשלם נזק שלם מקום שהחמיר על הקרן ברשות הרבים חצי נזק אינו דין שמחמיר עליו ברשות הניזק לשלם נזק שלם ואמרו לו דיו לבא מן הדין להיות כנדון מה רשות הרבים חצי נזק אף רשות הניזק חצי נזק וכו'ו והתם מיפריך הקׄו שהרי חצי נזק כתיב בקרא כלומר ומסתמא משמע נמי ארשות הניזק ואתא קׄו ואייתי נזק שלם ואי אמרת דיו פריך ליה קׄו ולא מהני לן ולא גמרינן מיניה מידי וכן כל כהׄג כך המסקנא התם בפרק כיצד הרגל ובמציעא

ſpectant nullo modo conſcripti ſunt: ſed venit arg. ab impari & infert dies quatuordecim: & accedit illud *Sufficit*, quod ſeptem aufert & ſeptem conſtituit. Atque in omnibus hac in parte ſimilibus fatentur omnes nos dicere, *Sufficit*. Verum ubi ſi dicamus *Sufficit*, argumentum à minori infringitur, nec quicquam utilitatis affert, exiſtimat D. Tarphon nos non dicere *Sufficit*; at Sapientes cenſent, etiam eo caſu nos dicere *Sufficit*. Sicuti illud capitis, *Quî pes*. De bove damnum inferente in loco patientis damnum D. Tarphon exigit totum damnum; at Sapientes dimidium. Quibus D. Tarphon, Et quid? ubi levius quid Scriptura de dente & pede ſtatuit, (quorũ ſc. damnum in loco publico non obſtringit) de iiſdem gravius quid ſtatuit in privato damnum patientis loco, ſc. ut integrum damnum præſtetur? ergo ubi gravem multam ſtatuit, ut cornu in loco publico damnum inferente, damni dimidium præſtetur; nonne æquum eſt ut de eo graviorem mulctam ſtatuat in loco læſi privato, ut ſolvatur damnum totum? Cui reſpondent, Sufficit ei quod ex argumentatione provenit, ut ei unde argumentum ducitur ſit æquale. Quemadmodum locus publicus eo caſu dimidium damni exigit; etiam privatus damnum patientis locus, damni dimidium &c. At hic infringitur argumentum à minori; quia ecce dimidium damni in Scriptura exſtat: q. d. id abſolute dictum etiam intelligitur de privato læſi loco; ſed venit argumentum à minori, & damnum totum refundi poſtulat. Quod ſi dicas, *Sufficit*, infringitur illud à minori, nec nobis prodeſt, nec inde quicquam diſcimus: ſic ſimilia omnia. Talis illic cap. *Quî pes*, concluſio. Et in Baba media, capite

פרק השואל משמע דאפילו היכא דלא מיפריך ק״ו איכא תנא דלית ליה דיו דיליף גניבה ואבדה בשואל דחייב מק״ו דשומר שכר ודריש דיו מה שומר שכר בבעלים פטור אף שואל כן ופריך הניחא למאן דאית ליה דיו אלא למאן דלית ליה דיו מאי איכא למימר והתם לא מיפריך הק״ו דהא לא כתיב גניבה ואבידה בשואל כל עיקר לא לפטור ולא להיוב דוק ותשכח ויש שאומרים שמא יש אמורא שהיה סבור לומר כן מעיקרא דאיכא תנא דלית ליה דיו אפילו היכא דלא מיפריך הק״ו ׃ ולדעתו צריך הניחא ואף על גב דמסקנא לא קיימא הכי ודרך הגמרא בכך כמו שאמרתי בפרק שני מהשער השני בס״ד עיין שם ׃ וזה שייך בין אתחלת׳ דינא· בין אסוף דינא פי׳ תחלת דינא המלמד שבתחלת הדין כגון ההוא דמייתי קרא ק״ו לשכינה י״ד יום אלא דיו וכו׳ כלומר מה אב דהיינו המלמד ז׳ אף שכינה ז׳ וכן בכל דוכתא ׃ וסוף דינא פי׳ המלמד שבסוף דינא

capite *Commodato accipiens*, docetur, quod ubi etiam non infringitur argumentum ab impari, inveniatur Doctor Miſnicus, qui illud Sufficit non admittat. Quo loco diſcitur, rem furto ablatam & amiſſam, quam quis commodatò acceperat, obligare: & quidē argumento à minori, ab eo qui pro mercede cuſtodit. quod acutè explicatur per *Sufficit*, ut bona pro mercede ſervans proprietariis præſentibus liber eſt; pariter & commodatò accipiens. Et objicitur, Id ecce ſatisfacit ei qui admittit illud *Sufficit*; ſed ei qui id non admittit quid dicendum eſt? Atqui iſtic non infringitur argumentum ab impari: quia nihil omnino ſcriptum eſt de re furto ablata aut amiſſa ab accipiente commodatum; neque àd abſolvendum, neque ad condemnandum. Diligenter attendas & invenies. Sunt qui dicant, dari forte Gemaricum, qui initio, ut ita loqueretur, cenſuerit eſſe Miſnicum qui illud *Sufficit*, non admittat, ubi etiam non infringitur argumentum ab impari: cui ſecundum ſententiam ſuam, *Ecce Satisfacit* opus fuerit; quamvis ita non habeat concluſio. Conſuetudo autem Gemaræ hac in parte eſt, quam Dei gratia capite ſecundo ſecundi tractatus propoſui. Locum conſule. Quod jam dictum fuit, quadrat cum in argumenti principium; tum finem: ubi per principium argumenti notatur id, quod docet argumenti initio poſitum. Quemadmodum illud, ubi Scriptura argumento à minori pro Deitate 14 dies infert; ſed Sufficit &c. quaſi dicas, Ut à patre (qui eſt docens) concluditur 7 dierum ſpatium; ſic Deitas 7 diebus contenta eſt. Ita paſſim. Per finem argumenti deſignatur id, quod docet ſub finem collocatum:

כלומר

כלומר אותו הנמצא במלמד שמכחו הוא לומר ומוסיף עליו בקׂו כגון שאומר זה שחמור כך וכך אינו דין שחמור יותר בדבר פלוני כאותו דכיתר הרגל דיליף קרן משן ורגל קרן שהחמיר עליו ברשות הרבים לשלם חצי נזק אינו· דין שנחמיר עליו ב ברשות הניזק לשלם נזק שלם וקאמר דיו אסוף דינא דהיינו רשות הרבים מה רשות הרבים חצי ניק אף רשות הניזק חצי נזק וכן כל כה״ג ׃ ויש לדקדק בכמה דוכתי שדורש קׂו ואינו אומר דיו בפׂק דקידושין דבעי למילף ארוסה בת ישראל אוכלת ב בתרומה כקׂו משפחה כנענית שאין ביאתה וכו' זו שביאתה מאכילתה על ידי חופה אינו דין שכספה מאכילתה · וקשה ולימא דין אסוף דינא דמהיכא ילפת מביאה מה ביאה שעׂי חופה אף כסף נמי שעל ידי חופה הניחא לרבי טרפון דאמר דהיכ' דאיפריך קׂו לא אמרינן דיו אלא לרבנן קשיא לכך נראה לתוספות דלא שייך לומר דיו אלא היכא שהקׂו אתא לרבות דבר חדש

q. d. id quod in docente invenitur, cujus vi diſcens diſcit, eidem aliquid ſuperaddens argumento ab impari: ut quum dicitur, Id quod hoc vel illo modo grave eſt, nonne æquum eſt, ut ſit multo gravius in hac vel illa re? Vt illud c. *Quî pes.* ubi diſcitur de cornu aliquid è dente ac pede. Nonne æquum eſt, ut cornu quod in loco publico aggravatur ad dimidium damnum præſtandum; magis in loco læſi privato aggravemus ad totum præſtandum damnum. Vbi dicitur *Sufficit* ad argumentationis finem, nimirum ad locum publicum: quemadmodum cum locus eſt publicus, ſequitur dimidium damni; etiam locus damnum paſſi privatus dimidium tantum damni exigit. Ita ſe habent omnia hujus ordinis. Cæterum accuratè ad multa loca attendendum, ubi argumentum ab impari explicatur; nec tamen illud *Sufficit* ſubjungitur. Vt c. 1. קידושין: ubi author docere intendit, *filiam Iſraëlis deſponſatam oblatione veſci*, argumento ab impari ex ancilla Cananæa, quam concubitus non &c. Annon convenit ut hæc quam concubitus per ritum nuptialem ad eſum reddit idoneam, per pecuniam ad edendum reddatur habilis? ubi id durum eſt, & dicere poſſemus *Sufficit* ad argumenti finem: nam unde diſcis? è concubitu: inde ſequitur, ut concubitus per ritum nuptialem; ſic etiam argentum per ritum nuptialem. Placet Doctori Tarphoni, qui ſtatuit, ubi infringitur argumentum ab impari, *Sufficit* locum non habere; at Magiſtris hic ſcrupulus movetur. Itaque additionum authoribus videtur, non quadrare ur dicamus *Sufficit*, niſi ubi argumentum ab impari ſuperaddit novi aliquid, quod

שאין כתוב כלל כגון ההוא דכיתר הרגל דבעי למילף נזק שלם בקרן אחצר הניזק והיינו דבר חדש דהא ברשות הרבים קרן חצי נזק הוא דמשלם אבל היכא דעיקר קו̇ לא אתי כי אם לפרושי ולגלויי מילתא בעלמא לא שייך לומר דיו ובהא ניחא הא דקדושין דהא התם אין הקו̇ עיקר אלא פירושא וגילויא בעלמא הוא דבן בתירא קאמר התם דאשת אוכלת בתרום' מכל טהור בביתך יאכל אותו · ואתא קו̇ לגלות דארוסה בכלל ביתך הילכך לא אמרינן דיו אפי' לרבנן וכן יש לומר בפסחים פ̇ק דבעי למילף רביעי בקדש מקו̇ ת' בתרומת והרי הוא מוסיף מעלה אחת על המלמד ולא קאמר דיו והיינו משום דקדש טעמא מיהא כתיבא ביה ולא אתא קו̇ ללמד דבר חדש שאין כתוב בו כלל · הילכך לא אמרינן דיו · וכמה מקומות בגמרא נוחין בכך ·

משיבין על הקו̇ אם יש להשיב וכך הסדר אם יש במלמד חומרא אחת או קולא אחת ואינה בלמד אפילו יש בלמד כמה חומרות או

quod nullo modo ſcriptum eſt: (ut illud c. *Qui pes*, ubi elicere vult totius damni reſtitutionem, ſi à cornu in damnum paſſi area illatum ſit: quod eſt novi quid; quia ecce ſi id cornu in loco publico intulit, dimidii pretium reſtituitur:) verum ubi præcipua argumenti ab impari intentio non eſt alia, quam ut in genere rem explicet & illuſtret, non quadrare illud *Sufficit*. Qua ratione illud in 'קידוש' conciliatur: nam ibi argumentum ab impari principale non eſt; ſed communis expoſitio & illuſtratio. quia ibi filius Bethiræ ait, uxorem comedere oblationem, è Num.18.11. *Quiſquis mundus in familia tua, comedet illud:* verùm argumentum ab impari accedit ad exponendum, deſponſatam iſtis verbis *in familia tua* comprehendi. Ergo non addimus *Sufficit*, ne quidem è Magiſtrorum ſententia. Idem dicendum Codicis de Paſchate capite 1. ubi author docere intendit, pollutionem in ſanctiſſimis ad quartum uſque ſerpere, idque argumento ab impari, quod in oblatione tertiò etiam res inquinetur. Et ecce gradus unus additur ei quod docet (ſcil. ei unde argumentum ſumitur;) nec dicitur *Sufficit*: idque ideo quia in ſanctiſſimis, iſtius rationem ſaltem annotat Scriptura; argumentum autem ab impari non additur, ut novi quid edoceat de quo nihil ſcriptum ſit. ergo hic non dicimus *Sufficit*. multaque loca in Gemara ſic conciliantur.

Excipiunt contra argumentum ab impari, ſi quid regeri poteſt. Hoc autem pacto id fieri ſolet: ſi in eo quod docet ſit gravitas quædam, aut quædam levitas, eaque in eo quod docetur non ſit; etſi in hoc multiplex gravitas aut levitas reperiatur, quæ

כמה קולות שאתם במלמד סותרים
הקו׳ בכך ואין למרין הימנו בין
להקל בין להחמיר דאיכא למימר
כמו שיש בו אותה חומרא או
אותה קולא כמו כן זאת ׳ אג
שמא אותה חומרא עדיפא מכל
שכנגדה לגרום אותו · דבר וזו
היא פירכא · אעיקרא דדינא
בכוליה גמרא דפריך מה לפלוני
שכן חמור בכך וכך תאמר בזה
שאין בו וכו׳ פי׳ עיקרא דדינא
ממקום שבאת דהיינו המלמד
גופיה יש תשובה ופעמים עושה
פירכא אסוף דינא פי׳ כשאומר
פלוני שחמור בכך וכך אינו דין
שנחמיר עליו וכו׳ ופריך פלוני
יוכיח שאין אותה חומרא גורמת
דבר כללא דמילתא בכולי גמרא
אעיקרא דדינא פרכינן מגופיה מה
לפלוני שכן חמור בכך וכך תאמר
בזה שאינו חמור בכך וכך ובלבד
שפשוט ׳ידוע שאין אותה חומרא
בזה הלמד דאם לא כן נימא
היא גופא תיתי בק״ו כלום׳ היא
עצמה נלמוד בק״ו כמו זאת ׳
ואסוף דינא פרכינן מעלמא
שאומר פלוני יוכיח שאין גורמת
דבר חומרת הלמד שמכחה אתה
בא ללמד עליו לומ׳ כיון

in docente non ſit: eo caſu argumentum ab impari oppugnant; nec inde quidquam diſcunt ſive ad allevandum, ſive ad aggravandum. Nam reſponderi poteſt: quemadmodum in illo eſt iſta gravitas, vel levitas; pariter etiam hæc. vel quoque; forte iſta gravitas omnem ſibi correſpondentem gravitatem ſuperat, ut illam rem efficiat. Et hæc eſt objectio contra argumentationis initium per totam Gemaram: ubi objicitur, Quid huic cum illo N. quod ſic hac vel illa parte aggravatur? de hoc dices, ita ſe non habere &c. Exponitur *initium argumentationis*, q. d. id unde probas (quod eſt ipſum docens) exceptionem præbet. Quandoque autem contra argumentationis finem fit objectio. cujus hæc eſt ſententia: cum ita dicitur, Aliquid quod hac vel illa in parte grave eſt, nonne æquum eſt ut aggravemus? &c. ſic infringitur, aliquid dari quod arguat, illam gravitatem rem non efficere. Summa rei eſt: per totam Gemaram nos adverſus argumentationis initium ex ea ipſa excipere; veluti, Quid huic cum illo N. quod ſic hac vel illa parte aggravatur? de hoc dices hac vel illa parte non aggravari. ſed id tantum, ſi planum ſit ac pateat illam gravitatem in eo quod docetur non inveniri: ſin minus, dicere poſſumus, illam ipſam (ſcil. gravitatem) argumento ab impari probari (ſicuti hanc:) q. d. illam ipſam uti hanc argumento ab impari addiſcemus. Cæterum adverſus argumentationis finem excipimus vulgari exemplo: nam dicitur, Illud N. arguit, quod rem non efficiat iſta ejus quod docetur gravitas, cujus efficacia illam docere conaris: q. dicatur, Quandoquidem

שחמור בכך דין הוא שיהא חמור בדבר פלתי שהרי פלתי יש בו אותה חומרא ואפ״ה אין בו אותו הדין אף אתה אל תתמה על זה הלמד אם לא נתן בו זה הדין ואף על פי שחמור באותה חומרא בפ' כל הבשר בחלבְ אמו אין לי אלא בחלב אמו בחלב פרה ורחל מנין אמרת קל וחומר ומה אמו שלא נאסרה עליו בהרבעה נאסרה עמו בבישול פרה ורחל שנאסרו עמו בהרבעה אינו דין שנאסרו עמו בבישול וכו' ואמרינן אעיקרא דדינא פירכא מהיכ' קא מייתית לה מאמו מה לאמו שכן נאסרה עליו בשחיטה פירוש אעיקרא דדינא אתחלת הדין דקאמר מה אמו שלא נאסרה עמו בהרבעה נאסרת עמו בבישול זהו תחלת הקל וחומר ויש להקשות מה לאמו שכן נאסרת עמו לישחט ביום אחד תאמר וכו'. ולשון רשי׳ לשם ולהכי נקט אעיקרא דדינא פירכא משום דפעמים הוא שוהה עד סוף הדין כגון דקתני סיפא פרה ורחל שנאסר' עמו בהרבעה אינו דין שנאסרו עמו בבישול זהו סוף הדין ואם היה מקשה ואומר בהם'

hac ratione aggravatur, æquum eſſet ut in illo etiam aggravaretur, nam in illo etiam iſta occurrit gravitas; & nihilominus in ipſo iſta ratio non militat: ergo tu etiam ne hoc quod docetur demireris, ſi in eo iſta ratio non admittatur; etſi illa gravitate aggravetur. Vt capite, *Omnis caro.* In lacte matris ſuæ, mihi nihil aliud eſt quam quod verba ſonant: itaque *in lacte vaccæ & ovis*, unde habes? Dices argumento ab impari. & quid? ſi ejus mater, quæ ab ipſo quoad concubitum non prohibetur, cum eo coqui prohibetur; annon æquum eſt, ut vacca & ovis, cum quibus rem habere ei interdictum, cum ipſo coqui non permittantur, &c. Et regerimus, contra argumentationis radicem ſive initium dari exceptionē. unde id adducis, id eſt, demonſtras? è matre ejus: atqui Quid illis cum matre ejus, quæ ita cum ipſo mactari prohibetur? &c. Exponitur *Contra argumentationis radicem*, contra argumentationis initium: nam dicitur, Si mater ejus, quæ ab ipſo quoad concubitum non prohibetur, cum eo coqui prohibetur. quod eſt argumentationis ab impari initium. Verum objici poteſt, Quid illis cũ matre ejus, quæ ſic cum eo mactari prohibetur eodem die? dicere poteris, &c. Illic D.S. Jarchi inquit, Ideo hanc formulam adhibuit, *Contra argumentationis initium datur exceptio*; quia aliquando author ad finem uſque argumentationis, rei immoratur. Quemadmodum ſub finem legitur, Annon æquum eſt, ut vacca & ovis, cum quibus rem habere ei interdictum, cum ipſo coqui prohibeantur? quod ad argumentationis finem pertinet. Et ſi objiciat quis & dicat, Animal

ממאה תוכיח שנאסר' עמו בהרבעה ולא נאסרה עמו בבישול אף אתה אל תתמה על הפרה ורחל וכו'· זהו פירכא אס־ף דינא וכן כל כה̇ג· ובפרק כל הבשר מצאו פירכא אסוף דינא מגופיה לפי גרסת הספרים דקתני אין לי אלא כחלב אמו הוא עצמה בחלבה מנין אמרת ק̇ו ומה במקום שלא נאסר פרי עם פרי בשחיט' פי' ששוחטין שני בני פרה ביום אחד נאסר פרי עם האם בשחיטה מקום שנאסר פרי עם פרי בבישול פי' גדי עם החלב אינו דין שנאסר פרי עם האם בבישול ובמסקנא פריך מה לפרי עם פרי שכן שני גופין תאמר פרי עם האם שהם גוף אחד בבישול וכו' ׃ והתם איסור דפרי עם פרי בבישול הוא סוף דינא וקא פריך מה לפרי עם פרי וכו' ותמה הר̇ן ז̇ל שלא נמצא בכוליה גמרא פירכא אסוף דינא מגופיה דלא פריך בכל דוכתא אסוף דינא אלא פלוני יוכיח · פי' מעלמא כמ̇ש · ויש גירסא אחרת שם מושבת לפי השיטה ואין זה מקומה ׃ והרוצה לעמוד על עיקרן של דברים יעיין שם בחולין בתוספות ·

immundum id redarguit, cum quo ne rem habeat ei interdictum; nec tamen cum ipſo coqui prohibetur: itaque noli demirari vaccam & ovem &c. Hæc erit objectio contra argumentationis finem. ita ſe habent quæcunque ſunt ſimilia. At capite, *Omnis caro*, objectionem contra argumentationis finem ex ipſa factam deprehenderunt: ſecundum codicum lectionem, ubi legitur, In lacte matris ſuæ, mihi tantum dicitur: eam ipſam cum lacte ſuo, unde habeo? Dices, argumento ab impari. & quid? quo loco ne fœtus cum fœtu mactetur non interdicitur (id eſt, ne duos vaccæ vitulos eodem die mactent;) interdicitur tamen ne fœtus cum matre mactetur: nonne ergo æquum eſt, ut ubi fœtus cum fœtu coqui prohibetur (id eſt, hœdus cum lacte) fœtus cum matre coqui prohibeatur? Ibi ad concluſionem objicitur: Quid hiſce cum illis *fœtus cum fœtu*, qui hoc modo duo ſunt corpora? dicere poteris, fœtum cum matre, unum eſſe corpus in coquendo &c. Iſthic interdictum ne fœtus cum fœtu coquatur, argumentationis finis eſt; & ſic infringitur, Quid hiſce cum illis *fœtus cum fœtu* &c. Atqui miratur D. Niſſin l.m. quia in tota Gemara non invenitur exceptio adverſus finem argumentationis ex ipſa deprompta: quod nullibi contta argumentationis finē aliter objiciatur, quam Illud N. redarguit: hoc volo, exemplo quodam vulgari, quemadmodum dixi. Verum alia iſthic eſt lectio quæ formulæ illi adaptata eſt: de qua hic dicendi non eſt locus. Cæterum qui verborum illorum fundamento immorari cupit, conſulat illic in Codice חולין additamenta.

Aliquan-

· ופעמים יש חומרא במלמד שאינה בלמד ואין עושה ממנה פירכא לסתור הדין אך מכניסין אותה בתוך הקו׳ ומבליעין אותה בו על דרך שאפרש באופן שלא תועיל לכלום · וכגון שאותה חומרא סברא בעלמא ולא מילת׳ דכתיבא בתורה וזו נקראת הכנסת פירכא כגון שנאמר ומה פלוני הקל בכך וכך ואף על פי שהוא חמור בחומרא פלונית לא הועילה לו חומרתו לאותה קולא עם כל זה חמור בדבר אחר זה החמור אינו דין שנחמיר עליו וכו׳ ולא יזיק לו מה שאינו חמור באותה חומרא שבמלמד שהרי כמו שלא הועילה לכך לא תועיל לדבר אחר· דתנא בפרק כיצד הרגל דיליף קרן משן ורגל ואע״פ דאיכא למיפרך מה · לשן ורגל שכן היזקן מצוי תאמר בקרן שאין היזקו מצוי אלא משום שר״ל היא עצמה נכנים באמצע הקו׳ תימא הכי· ומה שן ורגל· אע״פי שהיזקן מצוי ואין חומרא זו מועלת להם לחייבם בר״ה חייבין ברשות הניזק קרן שחייבת בר״ה אינו דין וכו׳ ולא יזיק לה שאין היזקה מצוי דהא. שן ורגל חמורין באותה חומרא ואפ״ה לא

Aliquando eſt gravitas in eo quod docet, quæ in eo quod docetur non invenitur: & tamen inde non formatur objectio ad infringendam argumentationem; ſed argumento ab impari iſtam inſerunt, atque in eo abſorbent (eo modo quem exponam:) adeo ut nullam efficaciam habeat. Idque cum illa gravitas communi diſcurſu nititur; non vero res eſt in lege conſignata. Id autem vocatur objectionis incluſio. Quaſi dicamus, Quid vero? aliquid, quod hac vel illa parte leve eſt, cuique quamvis grave ſit quadam gravitate, hæc ipſius gravitas nihil præſtat in iſta levitate; nihilominus grave eſt in re alia: non ergo æquum eſt, ut hoc quod grave eſt aggravemus? &c. nec huic oberit, quod ea gravitate grave non ſit, quæ in docente reperitur: nam ſicuti illi nihil præſtitit; nihil alteri præſtabit. Exemplum habemus c *Qui pes?* ubi de cornu diſcitur è dente & pede. & quamvis objici poſſet, Quid illi cum dente & pede, quorum ſic damnum à ſe illatum eſt vulgare? dicere poſſes de cornu, ejus damnum tale non eſſe: tamen ita ſe res habet, quia reſpondere volumus, Objectionem ipſam introducemus in argumentum ab impari. Itaq; dicemus, Quid? dens & pes, quibus, etſi eorum damnum eſt vulgare, hæc gravitas nihil præſtat, ut eos in loco publico reos faciat, hi inquam rei ſunt in poſſeſſione ejus qui damnum paſſus eſt: nonne ergo æquum eſt, ut cornu quod in loco publico reum eſt? &c. nec ei obeſt, quod ejus damnum vulgare non ſit: nam dens & pes iſta gravitate onerantur; nec tamen hæc ipſis quidpiam

הועילה להם לדבר קל שיש בהם׃ ומתוך שלא הועילה להך מילתא אין מועלת גם כן למילתא אחריתי הילכך איתה פירכא וכן יש לומר בכמה דוכתין אבל חומרא שאנו מוצאין בתורה אין להכניסה באמצע הקו אבל ממנה עושין פירכא כמו שביארתי בפירכא דמעיקרא דדינא פירכא דמסתבר כיון שנתנה בו תורה חשיבות זה נתן בו כמו כן חשיבות אחר והרוצה לעמוד על הרחב' הדברים בזה יעיין בתוספות פ״ק דקדושין וכאן מה שכתבנו וביארנו בהכנסת פירכא מספיק ופעמים כשפריך אעיקרא דדינא מה לפלוני שכן וכו' חוזר הגמרא ומקיים הקו ממקום אחר ואומר פלוני יוכיח שאין אותה חומרא גורמת הדין שכן פלוני אין בו אותה חומרא · ויש בו אותו הדין הילכך קו במקומו עומד · ואם יש ביוכיח זה שום מעלה שאיתה בלמד שלנו עושין ממנה פירכא מה לפלוני היוכיח שכן יש בו כך וכך תאמר בלמד זה שאין בו כך ולא נלמוד דבר · ואם אותה המעלה לא נמצאת במלמד הראשון אומר פלוני הראשון יוכיח שאין הדבר תלוי בכך ובכל דוכתא כשיגיע הגמרא

præſtat in iſta levitate quam habent: & quia (ipſis) nihil præſtat ad rem iſtam; nec etiam proderit ad rem aliam. Ergo objectio nulla eſt: adeoque idem aliis multis locis dicendum eſt. At quam in lege invenimus gravitatem, eam in argumentum ab impari introducere non licet: ſed ex ipſa objectionem formant; quemadmodum expoſui in objectione, ex argumentationis initio formari objectionem. Nam exiſtimatur, quandoquidem lex in iſto hanc conſiderationem præbet, in eodem ſimiliter aliam præbere conſiderationem. Porro qui rerum amplitudini inſiſtere cupit hac in parte, additamenta cap. 1. קידושי' conſulat: hic autem quod de *objectionis incluſione* ſcripſimus & expoſuimus, ſufficit. Cæterũ aliquando, quum adverſus argumentationis initium objicitur, Quid huic cum illo N. quod ſic? &c. redit Gemara & argumentum ab impari aliunde confirmat: atque ait, Aliud quoddam arguit iſtam gravitatem hoc jus non efficere: quod ſimiliter aliquid reperiatur, in quo iſta gravitas non ſit; ſit tamen hoc ipſum jus: quapropter argumentum ab impari ſuo manere loco. Quod ſi in iſto *Arguit*, quædam ſit eminentia quæ in eo ipſo quod nobis diſcendum erat, non reperiatur; ex ea objectionem formant: Quid huic cum iſto quod arguit, quum in eo hoc vel illo modo ſe res habeat? dicere poteris in hoc quod nobis diſcendum erat, ita non eſſe; ideoque nos nihil addiſcere. Et ſi iſta eminentia in illo priori quod docet, non reperiatur, objicitur, Illud N. prius arguit rem inde non dependere. Et ubicunque Gemara

eò

לירי כך · אומר וחזר הדין לא ראי זה כראי זה ולא ראי זה כראי זה הצד השוה וכו' כלומר מעתה חזרנו חלילה לכל ה הפרכות דקא פרכת מה לפלוני שכן וכו' פלוני יוכיח מה לפלוני היוכיח שכן וכו' פלוני הראשון יוכיח ואין לדבר סוף הילכך אי לא אתיא חדא מחדא כדבעינן מעיקרא תיתי השתא חדא מתרתי במה הצד פי' במה מצינו בה צד השוה והיינו לא ראי זה כראי זה ולא ראי זה כראי זה הצד השוה · כלומ' הואיל ולא ראי זה כראי זה וכו' הילכך יש לך לבקש הצד השוה בשניה' שגורם אותו הדין ומאותו הצד נלמוד כל הדומה לו דוגמתו פ"ק דקדושין חופה קונה מק"ו מה כסף שאינו גומר קונה חופה שגומרת אינו דין שתקנה · מה לכסף שכן פודין בו הקדשות ומעשר שני ביאה תוכיח כלומר שאין הדבר תלוי בכך מה לביאה שכן קונה ביבמה כסף יוכיח וחזר הדין לא ראי זה כראי זה ולא ראי זה כראי זה הצד השוה שבהן שקונין בעלמא וקונין כאן אף אני אביא וכו'

& duplicatæ, ut eas recenſere pote non ſit; iterumque hic author ſcribat voces novas quas illic non ſcribit. Quod ſi argumentum à vocum convenientia traditum eſſet, ut inde homo ex ſe aliquid erueret; quandoque ejus ſpiritus judicando multa ſtatuta deſtrueret, multiſque repugnaret, & rueret lex ac murus munitus. Itaque homini non licet, ut ex ſe argumentetur à vocum convenientia. Quod ſi dicas, Si ita eſt ut omnis argumentatio à vocum convenientia è Sinai accepta ſit; quid nobis ad eruendum conceſſum eſt? & præterea per totã Gemaram objicitur, Quid obſervaſti ut ex illa N. dictione argumentareris, quò ex illa N. dictione concluderes. quid inquam objicitur? nam ecce dixiſti, Nemo per ſe concludit à vocum convenientia &c. Sed jam cognoſce & intellige rei ipſius fundamentum: ſcil. omnia argumenta à vocum convenientia abſolutè tradita Moſi fuiſſe in Sinai, eaque Scripturam exhibuiſſe Sapientibus, nempe quidnam è vocum convenientia diſceretur; verum non tradita fuiſſe æqualiter, ubi & in quarum vocum convenientia.

Aliquando ſola loca tradita ſunt, quaſi dicas, hoc N. ex illo diſcitur; ſed dictiones convenientes Sapientibus dijudicandæ relinquuntur, quænam ſint. Quemadmodum illud capitis, *Hæ puellæ*, ad verba, *cogens & pelliciens:* ubi ex ſe invicem addiſcuntur arg. à vocum convenientia, è Deut. 22. 28. *quæ non deſponſata eſt*. Et objicit Gemara, Atqui dicam, *virgo* ponitur ad arg. à vocum convenientia. Hinc liquet, eos quidem à magiſtro ſuo accepiſſe, quod cogens & pelliciens à ſe invicem illuſtrentur per argum. à vocum convenientia; ſed non accepiſſe,

כפולות ומכופלות שאי איפשר לספור יכתוב בכאן מלות מחודשות מה שלא יכתוב בכאן ׃ ואם ניתנה ג̇ש לידרש מעצמו פעמים ידון רוחו ויהרוס כמה דינים ויסתור כמה ענינים ותפול התורה וחומה בצורה הילכך אין אדם רשאי לדון ג̇ש מעצמו ׃ וא̇ת א̇כ דכל ג̇ש מקובלת מסיני מה ניתן לנו לדרוש ׃ ועוד בכוליה גמרא פריך מאי חזית דגמרת מכלה פלתית לגמור מכלה פלונית ומאי פריך והא אמרת אין אדם דן ג̇ש מעצמו וכו' ועתה דע והבן שורשו של דבר דכל גזרות שוות נמסרו למשה מסיני סתם ומסרן הכתוב לחכמים אי זו ג̇ש נדון אלא שלא נמסרו בשוה ׃

פעמים נמסרו המקומות לבד כלומר פלוני ילמוד מפלתי ונשארו תיבות הג̇ש לחכמים לדון אי זו הן כגון הך דפרק אלו נערות גבי אונס ומפת' דילפי אהדדי בג̇ש דאשר לא אורשה ׃ ומקשה ואימא בתולה לג̇ש משמע שקבלו מרבם דאונס ומפתה למדין זה מזה בג̇ש אבל לא קבלו

מאי זו תיבה ולכך חוזר הגמרא לידע ולעמוד על התיבות ה המופעות לג״ש ההיא ופעמים נאמרו התיבות סתם מלה פלונית למוד ממלה פלונית כגון טומאתו טומאתו לג״ש פ״ק דשבועות ולא נמסרו המקומות והחכמים מבקשים מנוח לתיבות אשר ייטב להם לדרוש בהם וזהו העיקר שעליו סובבת כל הג״ש שבגמרא ·

פעמים לא יש תיבות לג״ש והוא מביא אותן ע״י תיבות אחרות ואחר כך דן מהם כאלו כתיבי כאותה שבפרק קמא דפסחים גבי אין בודקין לאור הנר למדנו מציאה ממציאה וחפוש מחיפוש אחפש את ירושלם בנרות פי׳ כתיב בחמץ מציאה דכתיב לא ימצא וכתיב התם מציאה בגדול החל ובקטן כלה וימצא מה מציאה דלהלן חפוש עמה דכתיב ברישא דקרא ויחפש אף מציאה האמור בכאן בחמץ חפוש עמה והדר׳ גמיר האי חפוש שהבאנו כאן בג״ש מחיפוש האמור גבי נרות מה התם בנר אף כאן בנר י ורכוותה בפרק נערה גמר פתח

piſſe, quæ ſit illa vox: ideoque redit Gemara ut hoc cognoſcat, & innitatur dictionibus otioſis ad illud argumentum à vocum convenientia. Quandoque etiam dicuntur dictiones præciſè, Diſce hanc dictionem ex illa: ſicuti *immundities ejus, immundities ejus*, inſerviens argumento à vocum convenientia, cap. 1. שבועות; nec tamen loca traduntur: ſed Sapientes inquirunt in locum iſtarum dictionum, è quibus eruere concluſionem ipſis conveniens videtur. Hoc eſt fundamentum, in quo vertitur omne arg. à vocum convenientia, quod in Gemara occurrit.

Aliquando non ſunt voces pro argum. à vocum convenientia; ſed author eas producit per alias dictiones: poſteaque inde argumentatur, ac ſi in hac materia ſcriptæ eſſent. Quemadmodũ illud quod occurrit cap. 1. de Paſchate, ad verba, Non rimantur ad lucernæ lumen: Diſcimus inventionem ex inventione, & ſcrutinium è ſcrutinio, Tzeph. 1. 12. *Scrutabor Ieruſalem lucernis.* Senſus eſt: Scriptum eſt, ubi de fermento agitur, *invenire*: nam Ex. 12. 19. ſcriptum eſt, *Non invenietur*; illic Gen. 44. 12. etiam ſcriptum eſt *invenire*, *A maximo incœpit & in minimo deſiit, & inventus eſt*: ſicuti illic cum, *invenire*, conjungitur ſcrutinium, quia ſcribitur commatis initio, *& ſcrutatus eſt*; *invenire* etiam quod iſtic commemoratur cum fermento, ſcrutinium adjunctum habeat. Atque rem reſumit Gemara, ac edocet hoc ſcrutinium, quod huc adduximus, per vocum convenientiam è ſcrutinio cujus fit mentio apud *lucernas*: ut illic lucernâ; pariter hic quoque lucernâ. Similiter quoque cap. *Puella*, edocet oſtium ex

מפתח ושער משער וכן בגמרה חוכתין, וכל כה״ג אינה גזירה שוה ממש אלא כעין כמך בעלמא וכן כל מקום שאומר נאמר למעלה ונאמר למטה אינו ג״ש גמורה שקבלה מרבותיו אלא כמו ילמוד סתום מהמפורש כי ההוא דבבא קמא נאמר שדה למעלה ונאמר שדה למטה מה שדה האמור למעלה דניזק אף שדה האמור למטה דניזק וכו' וכן הרבה כיוצא בו׃

דון מינה ומינה או דון מינה ואוקי באתרא׃ פלוגתא דתנאי בכוליה גמרא פי' פרשה שלמדה דבר מחבירתא אם נותנים על אותו דבר דיני המקום שיצא משם או דיני המקום שהלך לשם איכא מ״ד דון מינה ומינה כלומר העמד אותו הדבר בתורת מה שהיה עומד במקום שלמדתו משם דהואיל ולמדתו ממנו תלמדנו בכל משפטו ודינו ואיכא מאן דאמר דון מינה ואוקי באתרא להעמידו בתורת המקום שהבאתו דלאלתר שלמדתו והבאתו לכאן העמדתו בתורת שאר דברים המפורשים כאן דתנא פרק שבועת ה העדות דיליף שבועת הפקדון משבועת העדות ר״מ סבר דון מינה ומינה פי' דון מינה

oſtio, & portam è porta: atque ſic multis locis. Sed quicquid ſimile eſt nō eſt ipſum argumentum à vocum convenientia; ſed tanquam vulgaris quædam applicatio. Ita ubicunque dicit author, Dictum eſt ſupra, dictum eſt infra, non eſt argumentum à vocum convenientia perfectum, quod à præceptoribus ſuis argumentans acceperit; ſed ac ſi diſceret abſtruſum per explicatum. Vt illud Babæ primæ: Supra dicebatur ager; infra etiam dicetur ager: ut ager, cujus ſupra facta mentio, eſt læſi; ſic etiam ager infra memoratus eſt læſi &c. ita multa ſimilia.

Conclude iſtinc, iterumque iſtinc; aut Conclude iſtinc & in hoc loco conſtitue: hæc continent controverſiam Doctorum per totam Gemaram. Senſus eſt, De ſectione quæ aliquam rem ex altera haurit, quæſtio eſt, an iſti rei imponant jura iſtius loci, unde profluit. an verò jura hujus loci, quò derivatur. Quidam dicit, Conclude iſtinc, iterumq; iſtinc: quaſi dicas, conſtitue eam rem in iſta conditione, qua cōſiſtebat in iſto loco, unde eam didiciſti: nam quandoquidem eam iſtinc didiciſti, diſces eam ſecundum omnia ſua jura. Nonnemo autem dicit, Conclude iſtinc, & in hoc loco conſtitue, ut ipſam conſtituas in conditione loci quò eam adduxiſti: nam ſimulac eam didiciſti, eamq; huc adduxiſti, conſtituiſti ipſam in conditione reliquarum rerum quæ hic explicantur. Exemplum capite *Iuramentum teſtimonii:* ubi autor diſcit juramentum depoſiti, è juramento teſtimonii. D. Meïr opinatur, Conclude iſtinc, iterumque iſtinc: expoſitio hujus *Conclude iſtinc,* Quemad-

מה התם מושבע מפי אחרים
חייב דכתיב ושמעה קול אלה אף
שבועת הפקדון נ״ב מושבע מפי
אחרים חייב ומינה כמו ששבועת
העדות בפני בית דין חייב שלא
בפני בית דין פטור אף שבועת
הפקדון שהבאת בו לא יהא
חייב מושבע מפי אחרים
אלא בפני בית דין ׃ ורבנן
סברי דון מינה ואוקי באתרא
דון מינה מושבע מפי אחרים
חייב ואוקי באתרא בדין מ
מושבע מפי עצמו האמור ב
בפקדון דחייב בין בב״ד בין שלא
בבד וכן בכוליה גמרא קימא לן
אין ג״ש למחצה פירו' ילמוד זה
מזה וזה מזה·

דין הקש כל שני דברים
המוקשים בפסוק אחד ודיש להו
בכל התורה טלת דהוקשו
ללמוד זה מזה כגון הך דקדושין
אחיך העברי או העבריה מקיש
עברי לעבריה מה עבריה ומו' וכן
בכל דוכתא וקיימא לן דאין משיבין
על ההקש משום דהקש הוי כמאן
דכתיב בקרא בהדיא ולכך אין
משיבין עליו' כמו שאין משיבין
על ג״ש מופנה משני צדדין כמו
שאמרנו ואיכ' מאן דאמר דהקש
עדיף מג״ש ואף על גב דמסיק

Quemadmodum illic adjuratus aliorum ore reus fit, quia ſcriptum eſt Lev. 5. 1. *& audiverit vocem adjurationis*; etiam in juramento depoſiti, adjuratus aliorum ore reus fit. *Iterumque iſtinc*, quaſi dicas, Sicuti in juramento teſtimonii, coram ſenatu quidem reus fit, at ubi coram ſenatu non præſtatur, liber eſt; ita etiam in juramento depoſiti, quod ex eo deduxiſti, non erit reus qui aliorum ore adjuratur, niſi coram ſenatu. At Doctores opinantur, *Conclude iſtinc & in hoc loco conſtitue*: ubi *Conclude iſtinc*, ſcil. adjuratum aliorum ore fieri reum; *& in loco conſtitue*, ſc. in jure ejus qui ſibi imprecatur, & in depoſito commemoratur: qui reus fit ſive coram ſenatu; ſive extra ſenatum. Similiter per totam Gemaram conſtitutum nobis eſt; argumentum à vocum convenientia non eſſe dimidiatum, id eſt, hoc ex illo, & viciſſim illud ex iſto addiſci.

Argumentum à ſimili. De quibuſvis binis quæ in uno commate ſimilia ſunt, hoc obſervatum fuit per totam legem, ea aſſimilata eſſe ut unum ex altero addiſcatur. Quemadmodum in illo Cod. קדושי', *Frater tuus Hebræus aut Hebræa*: Aſſimilat Deus Deut. 15. 12. Hebræum Hebrææ: ſicut Hebræa, &c. Ita paſſim. Et ſtatutum nobis eſt, non objici contra *ſimilitudinem*: quia ſimilitudo eſt inſtar ejus quod in Scriptura manifeſtè ſcriptum eſt: ideoque adverſus eam non excipiunt; ſicuti nec excipiunt contra argum. à vocum convenientia, quæ redundat utraque ſui parte: quemadmodum diximus. Eſt etiam qui ait, ſimilitudinem illi vocum convenientiæ præſtare: etſi quoq; in Cod.

בגיטין

בגיטין פרק השולח כ̇ע ג̇ש עריף יש לומר דלאותם התנאים דמייתי התם קאמר וק̇ל דאין היקש למחצה כלו' וילמוד תחתון מעליון ועליון מתחתון כעין בא ללמד ונמצא למד בכל הכתא ·

כל היכא דאיכא לאוקושי לקולא ואיכא לאוקושי לחומרא שבקינן היקשא דלקולא ועבדינן היקשא דלחומרא כדאיתא ביבמות ובעא קולא וחומרא לחומרא מקשי' ויש לחדש בזה דבר דדוק' שאין סברא ללמוד מזה יותר מזה אבל אם יש סברא וטעם ללמוד לקולא יותר מלחומרא קולא ילפינן ואין לחוש · וראיה מפ̇ק דקדושין דיליף מצות עשה שאין הזמן גרמא דנשים חייבות ממורא מה מורא מצות עשה שאין הזמן גרמה ונשים חייבות אף כל וכו' ופריך ונילף מתלמוד תורה כלומר לקולא ונשים פטורות · ואף על גב דילפותא דממורא לחומרא אפ̇ה פריך למילף מתלמוד תורה ולקולא והיינו משום דמסתבר טפי דאלו ממורא איכא למימר שאני אב

גיטין concluditur capite, *Mittens*, Totus mundus vocum convenientiam potiorem cenſet. at dicendum eſt, ibi ſermonem eſſe de iſtis doctoribus, qui iſtic producuntur. Statutum præterea penes nos, non eſſe ullam ſimilitudinē dimidiatam: q. d. propius è remotiori, ſive, redditionem è propoſitione; & viciſſim addiſci: quemadmodum illud quod procedit ad docendum, deprehenditurque paſſim diſcens, id eſt, quod probat, poſteaque probatur.

Vbicunque poſſumus aſſimilare ad levitatem, itemque ad gravitatem; omittimus ſimilitudinem pro levitate, & ſimilitudinem inſtituimus pro gravitate. Sicuti occurrit Cod. יבמות: & Cod. de Idololatria, Data levitate & gravitate, pro gravitate aſſimilamus. Sed hac in re aliquid addendum eſt: id præciſè fieri ubi non eſt conſideratio, ut hinc potius, quam inde concludamus: verum ſi ſit conſideratio & ratio, ut concludamus potius pro levitate quam pro gravitate, eruimus levitatem. nec hoc curandum. Probatur è c. 1. Cod. קדושי'. ubi addiſcitur, ad præceptum affirmativum, quod à tempore non dependet, teneri mulieres; è *Reverentia*. Quemadmodum præceptum de reverentia eſt affirmativum à tempore non dependens, ad quod tamen mulieres tenentur; ſimiliter etiam omnia, &c. Ibi Gemara objicit, At diſcamus è ſtudio legis: q. d pro levitate, ut mulieres abſolvantur. Et quamvis iſta concluſio è *Reverentia* pro gravitate faciat; nihilominus objicit, ut ſcil. è ſtudio legis rem addiſcamus, & quidem pro levitate. Sed hoc fit, quia magis conſideratur, quod ſi è *Reverentia* concludatur, reſponderi queat, diverſam eſſe rationem patris ac

ואם דהוקש כבודם לכבוד המקום ואין לך להקש להם שאר מצות · וכן אומר שם בתוספות ·

ויש מדה אחרת קרובה לזו והיינו סמוכים פי' שני מקראות הסמוכים זה לזה ניתנו לידרש כדאמרינן ביבמות סמוכים לעד לעולם וכו' ור' יהודה לא דריש סמוכים אלא היכא דמוכח מכח הכתוב לדרוש כן או מופנה ומיותר ללמד על הסמיכות כדאיתא ביבמות פ״ק והא דקאמר התם ובכל דוכתא רבי יהודה אף על פי שבכל התורה לא דריש סמוכין במשנה תורה דריש לאו דוקא משנה תורה דה״ה בעלמא אי הוה מוכח או מופנה נמי דריש ולא נקט משנה תורה אלא משום דקים להו דהנהו דהתם מוכח ומופנה ·

דיני בנין אב מדה בתורה שהכתוב יגלה ויפרש במקום אחד וממנו למדין בכל המקומות הדומים לו שהתורה תקצר ותרמוז במקצת על הכל ולכך נקרא בנין אב שהמלמד הוא כאב והלמדין ממנו כיוצאי ירכו ותנא מביא בכאן שתי מדות ואינן אלא מדה אחת ואין הפרש ביניהם אלא

ac matris; ut quorum honor aſſimiletur honori ipſius Dei:ideoque te non debere iſtis reliqua præcepta aſſimilare. Sic ibi dicitur in additamentis.

Eſt locus dialecticus illi proximus, qui dicitur Connexa: cujus expoſitio, duas Scripturas inter ſe connexas traditas eſſe ut inde aliquid eruatur. Quemadmodum proponimus Cod. יבמות argumentum hoc Pſal. 111. 8. *Connexa (*potius *fulta) in æternum, in ſeculum*, &c. & Doctor Juda non eruit per *Connexa*, niſi ubi jubetur vi ipſius Script. ut aliquid eruatur; vel quid otiatur & redundat, ut nos per *connexionem* doceat. Vti videre eſt Cod. יבמות c. 1. Quod autem ibi dicatur, & alibi paſſim, Doctorem Judam, quamvis per totam legem nihil per *Connexa* eruat, è Deuteronomio tamen eruere; non præciſè intelligendus eſt liber Deuteronomii. Nam hoc eſt jus commune, ut ſi hoc arguatur, aut ſi quid redundet etiam; eruatur aliquid. Nec ille ſumpſit Deuteronomium; niſi quia ipſi certum erat in iis, quæ ibi occurrunt, juberi hoc & redundare aliquid.

Argumentum à conſtitutione principii eſt locus dialecticus in lege uſitatus, quum Scriptura rem revelat & explicat uno in loco, atque inde iſtam addiſcunt omnibus in locis illi ſimilibus: nam Scriptura conciſè loquitur, & parte quadam totum innuit. Ideoque vocatur phraſi Hebræa, *ædificium patris:* quia quod docet eſt patris inſtar; ea verò quæ inde docentur, ſunt tanquam è femore ejus prodeuntia.

Cæterum Miſnicus Doctor hic duos locos dialecticos profert, quum non ſint niſi locus unus: nec inter ipſos alia eſt differentia, quam quod

שזו

hic ſit ex uno Scripturæ paragrapho; alter è duobus. Vterque tamen pertinet ad *conſtitutionem principii.* Hæc enim ſunt traditionis verba: Per conſtitutionem principii, & quidem ex uno Scripturæ commate, quomodo probatur? Scribitur ubi de affecto gonorrhœa, *Cubile*, & *Sedile*: ecce non eſt ſedile ut cubile, nec viciſſim cubile ut ſedile &c. Conſtitutione autem principii è duobus paragraphis, quomodo res probatur? Ecce non ſe habet ſectio de lucernis, ut ſectio de emittendis contaminatis; nec viciſſim ſectio de amovendis contaminatis, ut ſectio de lucernis: conditio æqualis quæ ipſis ineſt, &c. Hæc exotica traditio pervulgata eſt: ideo de ea diſſerere nolo, idque ex intentione noſtra, ut cognoſcantur tantum regulæ rerumq; ſimplex ſenſus in Conſtitutione principii ex uno Scripturæ commate, & Conſtitutione principii è duobus paragraphis. Exiſtimat D. Abr. fil. Davidis l. m. Conſtitutionem principii ex uno paragrapho, ita ſe habere, uti cum vulgò dicimus, *Vnum ex uno*; conſtitutionem verò principii è duobus paragraphis eſſe, *Vnum è duobus*, quaſi dicas, *In quo conditionem æqualem.* Res autem omnibus nota eſt, quod niſi, cum occurrit *Vnum è duobus*, hæc duo omninò neceſſaria ſint, & niſi unum poſſit ex altero illuſtrari; non concludamus ex iis unquam: quia tum ſunt duo commata quæ unius inſtar veniunt; at duo commata unius inſtar venientia nihil diverſi probant: ſicuti expoſitum fuit, adjuvante Deo, cap. 1. hujus tractatus. Ergo dicendum eſt in omni *Vno è duobus*, Ecce hoc non eſt ut illud. Quod ſi quæras, Si ita ſit ut Conſtitutio principii

שזו מכתוב אחד וזו משני כתובים והכל הוא בנין אב דתניא מבנין אב וכתוב אחד כיצד כתוב בזב משכב ומושב לא הרי מושב כהרי משכב ולא הרי משכב כהרי מושב וכו' מבנין אב ושני כתובין כיצד לא הרי פרשת נרות כהרי פרשת שלוח טמאים ולא הרי פרשת שלוח טמאים כהרי פרשת נרות הצד השוה שבהן וכו' ופי' בריתא זו אצל הכל ולכך אין רצונו לדבר בה כפי כונתינו בידיעת הכללים לבד ופשוטן של דברים בבנין אב מכתוב אחד ובנין אב משני כתובים דעת הראב"ד ז"ל דבנין אב מכתוב אחד כדאמרינן בעלמא חדא מחדא ובנין אב משני כתובים חדא מתרתי כלו' במה הצד השוה והדבר ידוע לכל דחדא מתרתי אי לאו והנהו תרתי מצרך צריכי ושהאחד לא יוכל ללמוד מחבירו לא הוה גמרינן מנייהו לעלמא משום דהוו להו שני כתובים הבאין כאחד ושני כתובים הבאין כאחד אין מלמדין כמו שמפורש בפרק א' מזה השער בס"ד · הילכך צריך לומר בכל חדא מתרתי לא הרי זה כהרי זה ואם תשאל אם כן דבנין אב

מכתוב אחד היינו חדא מחדא מאי לא הרי זה כהרי זה דקאמר לא הרי המשכב כהרי המושב וכו' והלא חדא מחדא הוא ולא שייך לא הרי ולא הרי ·

תשובתך מפני שהיה לו לומר יצא המרכב כלומר שלא נלמוד אותו ממושב לכך הוצרך לומר לא הרי המשכב כהרי המושב לומר שאף על פי שמשכב ומושב מצרך צריכי ואינן שני כתובים הבאים כאחד אפילו הכי אין המרכב למד מהן · ומעתה יש לנו לפרש מה אנו למדין ממשכב ומושב מבנין אב · ומפרש הראב״ד ז״ל שלא באנו ללמוד אלא ממשכב לבד וממושב לבד ופי' הדבר כך המשכב והמושב המיוחדים הם הכר והכסת למשכב והכסא והספסל למושב ותולדותיהן כגון החלוק והטלית למשכב ותיבת הבלנן ותיבה שפתחה מן הצד למושב אלא שאין משכב ומושב מיוחדין אבל הן משמשין ישיבה ושכיבה עם מלאכתן ובאנו ללמדן בבנין אב ממשכב ומושב ה המיוחדין תולדות המשכב ממשכב ותולדות המושב ממושב והיינו בנין אב מכתוב אחד ומה שהוצרך לומר לא הרי זה כהרי זה הצד השוה כו' משום מרכב הוא כמו שנתבאר למעלה ולפי דרכו זה לבדו:

cipii ex uno paragrapho ſit illud Vnum ex uno; quid ſibi vult, *Ecce hoc non eſt ut illud?* nam dixit, Ecce non eſt cubile ut ſedile, &c. An illud non eſt Vnum ex uno; nec quadrat, *Ecce non, & Ecce non?*

Reſponſio tua hæc ſit. Illud factum, quia aliquis regerere potuiſſet, Vehiculũ excipitur: quaſi dicas, nos id non addiſcere è ſedili. Itaque coactus fuit dicere, Ecce non eſt cubile ut ſedile. quaſi dicatur, quod quamvis cubile & ſedile ambo ſint omninò neceſſaria, nec ſint duo paragraphi pro uno venientes; ne ſic quidem ex iis diſci poſſit vehiculum. Porro nobis explicandũ eſt, quid è cubili & ſedili addiſcamus per Conſtitutionem principii. Hoc explicat D. Abraham f. Dav. laudatæ memoriæ: nos non progredi ut diſcamus niſi è cubili ſeorſim, & è ſedili ſeorſim. Cujus rei hujuſmodi eſt expoſitio. Cubile & ſedile ſingularia diſtincta ac propria, ſunt torus ac cervical, ad cubile pertinentia; & ſedes ac ſcamnũ ad ſedile. Eorum germina ſunt, ut interula, pallium, quoad cubile; & ciſta ac armarium quoad ſedile: niſi quod non ſint cubile & ſedile eò propriè deſtinata; verum inſerviant ad ſedendum & jacendum, unà cum ſuo proprio uſu. Progredimur autem ad diſcendum illa per Conſtitutionem principii, è cubili & ſedili propriis: germina cubilis, è cubili; & germina ſedilis, è ſedili. Hæc eſt Conſtitutio principii ex uno paragrapho. Quod verò cogebatur dicere, Non ecce hoc ut illud, conditio æqualis &c. id fiebat propter vehiculum: uti ſupra expoſitum eſt. Secundum hanc illius ratio-

למדנו דבנין אב קרי בנין חדא מחדא בין חדא מתרתי זו היא שיטת הראבד זל ועיקר · ויש מי שאומר דחדא מחדא לא קרי בנין אב אלא מה מצינו כדמוכח בפק דיבמות דקאמר תיתי אחות אשה מאשת אח במה מצינו מה מצינו באשת אח וכו' ׃ אבל חדא מתרתי הוא דקרי בנין אב אלא שיש חדא מתרתי מענין אחד והיינו בנין אב מכתוב אחד ויש חדא מתרתי דשני עניני׳ והיינו בנין אב משני כתובים ולכך קרי חדא מתרתי בנין אב משום שבנין שני אבנים ואחד על גביהן קרוי בנין ׃ וקאמר בנין אב ולא בנין אם כמש בעלמא אם למקרא ואם למסורת מפני שהאב פועל בג' הוא באשה והאשה בולד כאשר הוא הענין בכאן בבנין אב שהוא חדא מתרתי אבל אם למקרא ואם למסורת אינו אלא כאשה שפועלת בשני כאשר יתבאר בפרק אחרון מזה השער בסד ·

דיני כללי ופרטי כל מקום שאתה מוצא׳ כלל ואחריו פרט אין בכלל אלא מה שבפרט כיצד אדם כי יקריב מכם קרבן מן הבהמה

nem diſcimus, quod Conſtitutio principii vocetur, ſive unum ex uno; ſive unum è duobus eruatur. Hæc eſt regula D. A. f. D. l. m. & fundamentalis. Nonnemo ait, Vnum ex uno non vocari Conſtitutionem principii; ſed *Quemadmodum invenimus*, id eſt, argumentum quoddam à ſimili: ut arguitur cap. 1. יבמות, ubi dicitur, Profluit iſtud de ſorore uxoris ex uxore fratris, per *Quemadmodum invenimus.* ſicuti invenimus in uxore fratris &c. verum Vnum è duobus, vocari Conſtitutionem principii: ſed eſſe Vnum è duobus ejuſdem materiæ, quod ſit Conſtitutio principii ex uno paragrapho; eſſe etiam unum è duobus diverſi ſubjecti, quod ſit Conſtitutio principii è duobus paragraphis. Ideo autem Vnum è duobus vocatur (phraſi Hebræa) ædificium patris; quia ædificium continens duos lapides, tertiumque iis impoſitum, dicitur ædificium. Dicitur etiam ædificium patris; non verò matris: ut vulgò dicitur, Eſt mater (ſive fundamentum) in lectione; eſt item mater in traditione. quia pater operatur in tertium, ipſe in uxorem, & uxor in puerum; ſicuti hic ſe res habet in Conſtitutione principii, quæ eſt Vnum è duobus. Sed cum dicitur, Eſt mater in lectione; eſt item mater in traditione, non aliter ſe res habet ac mulier, quæ operatur in ſecundum: ut exponetur, Deo favente, capite ultimo hujus tractatus.

Argumenta *generalium cum ſpecialibus.* Vbicunque invenies generale cui poſtponitur ſpeciale, generali non continetur niſi quod eſt in ſpeciali. Quomodo? Lev. 1. 2. *Homo quum offert è vobis oblationem . . . è beſtiis.* Beſtia eſt gene-

כלל פי' כלל הוא לחיה שחיה בכלל בהמה היא ׃ בקר וצאן פרט · אין בכלל אלא מה שבפרט בקר וצאן אין מידי אחרינא לא ונתמעטה חיה מן הקרבן וכן כל כיוצא בזה · ואת אם כן למה נכתב הכלל הואיל ואין למדין ממנו דבר י"ל דאי לאו כללא היינו מוסיפין על הפרט בבנין אב או במדה מן המדות הילכך אהני כללא כדי שתדע שהפרט דוקא הוא ולא גמרינן מיניה מידי בשום מדה מן המדות שאין לך בו אלא שפירשה תורה בלבד · וכן מפרש לה בנזיר ·

פרט ואחריו כלל נעשה כלל מוסף על הפרט ונתרבה הכל ׃ ואהני פרטא לאלומי כללא שמא יש דבר שלא היה מתרבה מן הכלל מכח מדה מן המדות אם לא מחמת שקדמתו פרט לעשות הכלל מוסף עליו ולרבות הכל ואין לך למעט ממנו דבר מק"ו ומג"ש או מדה אחרת ·

כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט פי' לרבות כל הדומה לפר' ולמעט כל מה שאינו דומה לו לפי שמדה זו מורכבת מהשתי מדות הראשונות ·

generale: hoc volo, eſt generale reſpectu feræ, quia fera ſub generali ſc. beſtia continetur: Lev. 1. 2. *Bos & parva pecus* ad ſpeciale pertinent. Hîc in generali non cenſetur, niſi quod ſpeciali continetur: bos & parva pecus hujuſmodi ſunt; aliud quid non eſt: ideoque excipitur fera ab oblatione. & ſic omnia ſimilia. Quod ſi dicas, Si ita eſt, quare ſcribitur generale; quandoquidem inde nihil addiſcunt? reſpondendum eſt, quod ſi abſque iſto generali eſſet, adderemus ad ſpeciale per *Conſtitutionem principii*, aut alium quendam ex iſtis argumentandi modis. Ergo prodeſt generale, quò ſcias, ſpeciale præciſè accipiendum; neque inde nos quicquam docere ullo ex iſtis argumentandi modis: quia in illo generali nihil habes, quam id ſolum quod lex exprimit. Ita exponitur Cod. נזיר.

Vbi eſt ſpeciale cui poſtponitur generale, generale fit additamentum ſupra ſpeciale, & comprehenduntur omnia. Atque prodeſt ſpeciale ad roborandum generale: ne fortè aliquid ſit quod non comprehendatur à generali, virtute unius ex argumẽtandi modis; ſi id eo non impediatur quod illi præcedat ſpeciale ut faciat generale additamentum iſtius, utque omnia comprehendat, neq; poſſis inde excipere quicquam argumento ab impari, aut à vocum convenientia, aliove loco dialectico.

Duo generalia cum interpoſito ſpeciali non æſtimas, niſi ad ſimilitudinem iſtius ſpecialis: ſenſus eſt, ut complectaris quicquid ſimile eſt ſpeciali, & excludas quicquid ei ſimile non eſt. Quia hic modus è duobus prioribus compoſitus

כלל ופרט פרט וכלל · ולכך משמע שתיהן ודנין בדה כעין שתיהן לרבות כל הדומה והיינו כעין פרט וכלל ולמעט כל שאינו דומה והיינו כעין כלל ופרט · ופליגי בדה תנאי איכא מ״ד כללא קמא דוקא פי׳ עיקר והוה ליה כלל ופרט דאין בכלל אלא מה שבפרט אלא דאהני כללא בתרא לרבות כל הדומה לו מג׳ צדדין · ואיכא מ״ד כללא בתרא דוקא והוה ליה כלל נעשה מוסף על הפרט ונתרבה הכל אפילו מה שאינו דומה אלא בשני צדדין אלא דאהני כללא קמא למעט מה׳ שאינו דומה אלא מצד אחר ועיקרו של דבר בסוגיא אחת פרק בכל מערבין וזו היא הצעתה תני חדא ונתת הכסף בכל אשר תאוה נפשך כלל בבקר ובצאן פרט ובכל אשר תשאלך נפשך חזר וכלל ׃ כלל ופרט וכלל אי אתה דן אלא כעין הפרט מה הפרט מפורש פרי מפרי וגידולי קרקע פי׳ כגון בקר וצאן שפריה ורביה ויין ושכר שגדולו מן הקרקע אף כל

eſt: puta *generale cum ſpeciali*, & *ſpeciale cum generali.* ideoque intelliguntur ambo iſti modi: & hoc modo veluti ambobus iſtis arguunt, ad amplectendum omne ſimile (quomodo eſt veluti Speciale cum generali;) atque ad excipiendum quicquid ſimile non eſt (& hoc, veluti Generale cum ſpeciali.) Cæterum hic Doctores in diverſas partes abeunt. nonnemo dicit, generale prius eſſe præcipuum, id eſt, fundamentale: cui cenſetur eſſe *generale cum ſpeciali*, quia non eſt in generali niſi quod ſpeciali continetur; ſed quod iſtud generale poſterius proſit ad complectendum quicquid illi ſimile eſt triplici conditione. Eſt etiam qui aſſerit, generale poſterius eſſe præcipuum: cui cenſetur generale eſſe additamentum ſupra ſpeciale, adeo ut omnia comprehendantur, imo etiam quod non eſt ſimile niſi duabus conditionibus; ſed quod proſit generale prius ad excludendum, quicquid ſimile non eſt niſi una conditione. Fundamentum rei videre eſt in diſcurſu quodam cap. *In omnibus rebus ſocietatem° inſtituunt:* atque hæc eſt verborum ſeries. Quidam tradit, verba comm. 26. c. 14 Deut. *Expendes pecuniam illam in omnia quæ deſideraverit animus tuus*, continere generale; *in boves & in pecudes*, ſpeciale; *denique in omnia quæ expetierit abs te animus tuus*, continere repetitionem generalem. Duo generalia cum interpoſito ſpeciali non æſtimas, niſi ad ſimilitudinem ſpecialis: quemadmodum ſpeciale hic exprimitur, quod ſit fœtus è fœtu, & è fundo creſcentia, id eſt, veluti bos & pecus, ubi eſt fœtificatio ac multiplicatio, & *vinum ac potus inebrians*, quæ è fundo naſcuntur; ſic intelligitur quivis

פרי מפרי וגדולי קרקע · ותניא אידך מה פרט מפורש ולד ולדות הארץ פי' דבר הנברא מן הארץ אף כל ולד ולדות ה הארץ · ואסיקנא התם דעופות איכא בינייהו מ״ד פרי מפרי וגדולי קרקע עופות כן · מ״ד ולד ולדות הארץ קסבר עופות מן הרקק נבראו פירו' מן האגם ולא מן הארץ · ומפרש התם פלוגתייהו דמאן דמרבה עופות קסבר כללא בתר' דוקא ונתרבה הכל אלא דאהני כללא קמא למעוטי כל דלא דמי ליה משני צדדין כגון דגים שאינן גידולי קרקע ואין דומים לו אלא מצד אחד דהיינו פרי מפרי אבל עופות דומים משני צדדין דהוו פרי מפרי וגידולי קרקע הילכך נתרבו בכלל ומאן דממעט עופות קסבר כללא קמא דוקא ואין בכלל אלא מה שבפרט ולא מדי אחרינא אלא דאהני כללא בתרא לרבות הדומה לו משלשה צדדין כגון דהויא פרי מפרי וגידולי קרקע ולד ולדות הארץ יצאו עופות שאין דומין לו בצד השלישי דהיינו ולד ולדות הארץ זו היא צורתה דשמעתא התם ולמדנו ממנה דלמ״ד כללא בתרא דוקא בעינן

fœtus è fœtu, & quævis è fundo creſcentia. Eſt alia traditio: quemadmodum ſpeciale hic expreſſum eſt progenies è progenie terræ proveniens, id eſt, aliquid quod è terra creatum eſt; ita etiam intelligitur quævis progenies è terræ progenie proveniens. Ibi concludimus, aves inter illas res connumerari. Qui dicit, fœtus è fœtu, & è fundo creſcentia, ei aves hujuſmodi ſunt; qui verò dicit, Progenies è varia terræ progenie, exiſtimat aves è limo conditas, id eſt, è palude, non verò è terra. Ibidem exponitur eorum controverſia: quod is qui aves comprehendit, exiſtimet poſterius generale eſſe præcipuum, adeoq; omnia contineri; ſed quod prius generale proſit ad excludendum, quicquid illi ſimile non eſt duabus conditionibus: veluti piſces, qui è fundo non creſcunt; nec illi ſunt ſimiles niſi una conditione, nimirum quod ſint fœtus è fœtu. verum aves ſunt ſimiles duabus conditionibus, ut quæ ſint fœtus è fœtu, & inter è fundo creſcentia: ideoq; in generali continentur. Qui verò excludit aves, exiſtimat prius generale eſſe præcipuum, nec in generali eſſe niſi quod in ſpeciali ſit, prætereaque nihil; ſed quod poſterius generale proſit ad comprehendendũ quicquid illi ſimile eſt tribus conditionibus: veluti ut ſit fœtus è fœtu, & pertinens ad ea quæ è fundo creſcunt, ſit etiam progenies è terræ progenie. itaque excipiuntur aves, quæ illi ſimiles non ſunt conditione tertia, quæ eſt progenies è varia terræ progenie. Hæc eſt forma iſtius traditionis.

Vnde diſcimus, quod ſecundum eum, qui poſterius generale præci-

תני V 3

תני צדדים כדקאמר פרי מפרי תגידולי קרקע ומ״ר כללא קמא דוקא מצריך עוד צד שלישי ולד ולדות הארץ וכן כל כיוצא בזה · ומתוך כמה סוגיות אחרות מדקדקין בתוספות ומוכח דע״כ הני שני צדדים דערובין למ״ד כללא בתרא דוקא וג' צדדין למ״ד כללא קמא דוקא לאו דוקא שנים ושלשה דאם כן תיקשה הא דקאמר בנזיר דכל היכא דאיכא תרי כללי ופרט בינהם מרבינן כל דדמי ליה בחד צד וכו' ולכך אמר ר״י דחד צד דנזיר ושני צדדין דערובין חדא מילתא היא והך המדה כל הצדדין החשובין חד צד ואם יש עוד צדדין שאינן חשובין כמותן נקראין צד שני וההיא דערובין פרי מפרי תגידולי קרקע חשובין הן ונקראין צד אחד כדקאמר בנזיר ולד ולדות הארץ אינו חשוב כמותם ומקרי צד שני ויש מקומות דאפילו כמה צדדין חשיבי כחד צד מפני שכולם חשובין כדאיתא בפרק אלו טרפות כללא דמילתא למ״ד כללא בתרא דוקא צריך שיהיה דומה בכל הצדדים החשובים וכולם נקראים

puum eſſe cenſet, duas conditiones requiramus, ſicuti recenſentur, fœtus è fœtu, atque è fundo creſcentia; at qui prius generale præcipuum eſſe cenſet, præterea omninò requirat conditionem tertiam, ſcilicet progeniem è terræ progenie. ſic omnia ſimilia. Porrò è multis aliis diſcurſibus acutè eliciunt in additamentis, & probatur, quod velis nolis, cum hæ duæ conditiones in Cod. 'ערובי, illius qui dicit poſterius generale eſſe præcipuum; tum tres conditiones iſtius qui dicit prius generale eſſe præcipuum, non ſint præciſè duæ vel tres: nam ſi ita eſſet, magnam haberet difficultatem, cum dicitur Cod. נזיר, quod ubicunque ſunt duo generalia cum uno ſpeciali intermedio, complectamur quodcunque huic una conditione ſimile eſt, &c. Ideoque inquit D. Iſaac, unam iſtam conditionem Cod. נזיר & duas conditiones Cod. 'ערובי, eſſe rem eandem. In hoc loco dialectico omnes conditiones magni æſtimatæ pro una conditione habentur: quod ſi præterea ſint conditiones quæ tanti non æſtimantur, vocantur conditio ſecunda. Et in illo negotio Cod. 'ערובי, fœtus è fœtu, & è fundo creſcentia, ſunt conditiones magni æſtimatæ; ideoque vocantur conditio una: quemadmodum dicitur Cod. נזיר, progenies è multiplici terræ progenie non tanti æſtimatur; ideoque vocatur conditio ſecunda. Sunt etiam loca, ubi multæ conditiones æſtimantur ut conditio una: quia omnes magni æſtimantur. uti videre eſt cap. *Hæc ſunt diſcerpta.* Summa rei eſt ≻ ſecundum eum qui dicit poſterius generale eſſe præcipuum, neceſſe eſt, ut ſpeciali ſimile ſit omnibus conditionibus quæ pluris æſtimantur, (eæque omnes dicuntur conditio una;)

צד אחר אבל מן הצד הגרוע אין צריך ולמ״ד כללא קמא דוקא צריך שיהיה דומה אפילו מן הצד הגרוע · והדבר מסור לחכמים להכיר אי זה הצד הגרוע שיחלוקו בו ונ״ל דלאו דוקא גרוע שאין למטה ממנו אלא גרוע בערך הצדדין האחרים קאמר אבל צד גרוע מן הגרוע אין צריך לדמות לו בו ולכן צריכי השני כללים שאם אתה אומר צריך שיהיה דומה לו לגמרי ואפילו אל הגרוע שבכולם א״כ השני כללים למה מהפרט לבדו נלמוד כל הדומה לו כבנין אב אלא ודאי נראה כמ״ש ·

ויש מדה אחרת כיוצא בה בנזיר פ״ג מינין והיא פרט וכלל ופרט מיין ושכר יזיר פרט מכל אשר יעשה מגפן היין כלל מחרצנים ועד זג ׳ חזר ופרט פרט וכלל ופרט אי אתה דן אלא כעין הפרט וכו' ומפרש התם מאי דאיכא בין מדה זו למדה האחרת דאלו כלל ופרט וכלל אי איכא דדמי ליה אפילו מחד צד מרבינן פרט וכלל ופרט אי איכא דדמי ליה משני

una;) ſed ut quoad conditionem inferiorem ſimile ſit, non eſt neceſſe. Verum ſecundum eum qui ait prius generale eſſe præcipuum, neceſſe eſt, ut ſimile ſit etiam quoad inferiorem conditionem. Cæterum hæc res Sapientibus tradita eſt, ut diſcernant quæ conditio ſit inferior, in quâ diſſentiunt. Atque mihi videtur, quod conditio inferior præciſè non ſit ea, qua inferior non datur; ſed quod inferior dicatur reſpectu aliarum iſtarum conditionum. Verum quod ſpectat conditionem inferiorem quæ alia inferiori ſit inferior, non neceſſe eſt ut res *ſpeciali* in ea aſſimiletur. Et hac de cauſa duo *generalia* iſta neceſſaria ſunt: nam ſi dicas, neceſſe eſſe ut ipſi aſſimiletur omnimodè, etiam uſque ad conditionem omnium infimam, ſi ita inquam ſit, quorſum duo iſta generalia? ex ſolo ſpeciali addiſceremus quicquid ipſi ſimile eſt, per *Conſtitutionem principii:* ſed manifeſtè videtur eſſe quemadmodum diximus.

Eſt & alius modus ſive locus dialecticus huic ſimilis Cod. נזיר cap. *Tres ſpecies,* ſcil. duo ſpecialia cum interpoſito generali: ut Num. 6. 3. in verbis *à vino aut alio potu inebriante abſtineto*, eſt ſpeciale; ℣ſ. 4. *de omni re quæ fit è vite vinifera*, generale; *à nucleis acinorum uſque ad cutem*, iterum ſpeciale. Porrò duo ſpecialia cum interpoſito generali non æſtimabis, niſi ad ſimilitudinem iſtius ſpecialis &c. Ibi exponitur quid interſit inter hunc modum & alterum: quod poſitis duobus generalibus cum interpoſito ſpeciali, ſi detur quod iſti ſpeciali ſit ſimile vel una conditione, rem extendamus; ubi verò ſunt duo ſpecialia cum interpoſito generali, ſi detur quod iſti ſit ſimile duabus צדדין.

צדדין מרבינן ואי לא לא מרבינן · והך סוגיא אתיא כמ֗ר כללא בתרא דוקא אבל למ֗ר כללא קמא דוקא הוי הדבר איפכא וקל להבין·

ובכאן מקום שאלה למה לא מנה רבי ישמעאל מדה זו של פרט וכלל ופרט כמו שמנה מדה כלל ופרט וכלל · וא֗ת לפי שהן דומות היא נכללת עם חבירתה ולפיכך לא מנה אותה אין זה כלום מכמה פנים · אחד שאפילו יהיו דומות הל֗ למנותה כמו שמנה כלל הצריך לפרט ופרט הצריך לכלל דבר הלמד מענינו ודבר הלמד מסופו ׃ וכל אלו דומין וכפולין הן ׃ ועוד בנזיר נותן ביניהם הפרש כמו שכתבתי בסמוך לכן הפירוק המחוור בזה הוא דרבי ישמעאל אינו דורש מדת פרט וכלל ופרט לפיכך לא מנאה והנך קראי דנזיר דמייתינן לעיל מפיק להו לדרשא אחרינא כמו שיש מי שדורשן התם ·

שני כללים הסמוכים זה לזה ופרט אחריהם אומר בכל דוכתא הטיל הפרט ביניהם ודון בכלל

conditionibus, rem extendamus; ſin minus, non extendamus. Hic diſcurſus procedit ſecundum eum qui ait, poſterius generale eſſe præcipuum; ſed ſecundū eum qui dicit, prius generale eſſe præcipuum, res contrario modo ſe habet: quod intellectu facile eſt.

Porro hic eſt quæſtioni locus, quare D. Iſmaël hunc l. dialecticum non connumeraverit, quum duo ſpecialia cum intermedio generali occurrunt; quemadmodum illum modū recenſuit, ubi duo generalia cum interpoſito ſpeciali occurrunt. Quod ſi reſpondeas id factum, quia iſti modi ſimiles ſunt, alterque cum altero comprehenditur; ideo eum non numeraſſe: hoc nihil eſt multis de cauſis. Vna eſt, quia etiamſi inter ſe conveniant, eum tamen numerare debuit: quemadmodum recenſuit modum Generale quod eget ſpeciali, & Speciale quod eget generali; Res quæ diſcitur è ſubjecto, & Res quæ diſcitur è fine ſuo: qui modi inter ſe conveniunt, & tamen ſeparatim docentur. Præterea Cod. נזיר collocat autor inter iſtos differentiam, uti ſcribo in cohærentibus. Ideoque ſolutio elegantior hac in re eſt, quod Doctor Iſmaël iſto arguendi modo duorum ſpecialium cum intermedio generali rem non inveſtigarit: quocirca eum non connumeravit. Iſtos autem paragraphos Cod. נזיר quos ſupra produximus, eos inquam ad alium ſcrutandi modum transfert: quemadmodum etiam nonnemo illic iſtos ſcrutando enarrat.

Quum occurrunt duo generalia alterum alteri annexum cum ſubſequenti ſpeciali, paſſim jubet Gemara, ut inter ea ſpeciale collocetur, & æſtimentur inter Duo generalia cum intermedio ſpeciali. Exemplum

ופרט וכלל ודגמא בשבועות
פירקא קמא גבי ופרוייו כבן חדש
כו' ופדויו כלל כסף פרט תפדה
כלל. ואף על פי דפרוייו ותפדה
גבי הדדי כתיבי והדר כתיב
בערכך כסף מ״מ דריש ליה
בכלל ופרט וכלל משום ש״ל
שדייה לפרטא בין הכללים והוה
ליה כלל ופרט וכלל וכן בכל
דוכתא ·

כלל ופרט המרוחקים. זה
מזה פלוגתא בכמה דוכתי איכא
מ״ד דנין ומסיק בפ״ק דפסחים
דה״מ בחד עניגא אבל בתרי ענייני
דברי הכל אין דנין ראין מוקד'
ומאוחר בתורה ולא כריר לן אי
כלל קדים אי פרט קדים אבל בחד
עניינא מאי דמוקדם מוקדם ומאי
דמאוחר מאוחר ·

כלל שאינו מ״לא אין דנין
אותו בכלל ופרט · פירוש כלל
שאינו מלא שאינו עומד מצד
עצמו אבל הוא דבוק עם הפרט
כך מבואר בפ' קמא דזבחים ונ״ע
במקומה ·

ויש שאינו דורש את התורה
ממשמעות כלל ופרט אלא
במשמעות רבוי ומיעוטי כלומר
במקום כלל ופרט ופרט וכלל וכלל

plum Cod. שבועות cap.1. ad verba, *Et redimendos ejus à nato unum menſem,*&c. Num. 18.16.*redimendos,* generale; *argento,* ſpeciale; *redimes,* generale. & quamvis, *redimendos ejus* & *redimes,* apud ſe invicem ſcribantur, & denuò ſcribatur, *ſecundum æſtimationem tuam, argento*; nihilominus acutè explicatur per, Duo generalia cum intermedio ſpeciali. Quia hoc vult Gemara, Projice ipſum ſpeciale inter generalia, ut ſint Duo generalia cum intermedio ſpeciali. Sic alibi paſſim.

Generale & ſpeciale à ſe invicem remota controverſiam pariunt multis locis: nam quidam dicit, inde formari argumétum. Sed concludit Gemara c. 1. de Paſchate: hoc intelligendum eſſe de una re; at in duabus rebus omnes fateri, inde neminem arguere. quia non eſt prius & poſterius in lege: ideoque nobis non liquer, an generale præcedere intelligatur; an verò ſpeciale. Verum quod in una re ſive materia proponitur, præcedere; quod poſtponitur, ſequi ſuo ordine, cenſendum eſt.

Quum generale non habet plenum ſenſum, non cenſetur conſtituere argumentum, *Generale cum ſpeciali.* Expoſitio hujus, *Generale quod non habet plenum ſenſum,* hæc eſt: quod non conſiſtit per ſe; ſed cum ſpeciali omnino conjunctum eſt. Ita loquuntur cap 1. de ſacrificiis: verum hoc conſideratione eget loco ſuo proprio.

Eſt etiam nonnemo qui non explanat legem ſenſu argumenti, *Generale cum ſpeciali*; ſed ſenſu *Augmenti & diminutionis.* Quaſi dicas, Pro hiſce, Generale cum ſpeciali; Speciale cum generali; Duo generalia cum interpo-

ופרט X

ופרט וכלל דריש ריבה ומיעט ומיעט וריבה וריבה ומיעט וריבה ׃ וההפרש שיש בין כללי ופרטי וריבויי ומיעוטי הוא על זה היסוד שאתן לך שמי שדורש כללי ופרטי הוי הפרט פירוש של הכלל ומי שדורש ריבויי ומיעוטי אין הפרט פי' אלא מיעוט שממעט מקצת ומניח מקצת ומעתה יתבאר לך ההפרש דבכל דוכתא מאן דדריש כלל ופרט אין בכלל אלא מה שבפרט ואין לך להוסיף ואפילו הדומה ׃ ומאן דדריש ריבה ומיעט ריבה הכל ומיעט שאינו דומה ׃ ומאן דדריש כלל ופרט וכלל הוי הפרט פי' של הכלל ואין בכלל אלא מה שבפרט וכי חזר וכלל לא בא להוסיף לך בכלל האחרון אלא הדומה בלבד ׃ ומאן דדריש ריבה ומיעט וריבה ריבה הכל ומיעט שאינו דומה אלא שחזר וריבה אפילו אותו שאינו דומה ׃ ולא מיעט לך אלא דבר אחד היותר רחוק ומסרו הכתוב לחכמים לדעת אי זה דבר ראוי למעט ׃ ובענין פרט וכלל ומיעט וריבה הדין בהן להפך מכלל ופרט

ſito ſpeciali, in eruendo ſenſu adhibet, Auxeſin cum diminutione, Diminutionẽ cum auxeſi, Duo augmenta cum interpoſita diminutione. Differentia verò quæ intercedit inter generalia cum ſpecialibus, & augmenta cum diminutionibus, huic fundamento innititur, quod tibi ſuppeditabo. quod illi qui rem eruit per *generalia cum ſpecialibus*, ſpeciale ſit expoſitio ipſius generalis; huic verò qui rem eruit per *augmenta cum diminutionibus*, ſpeciale non ſit expoſitio, verum diminutio quæ excipit partem, partemq; relinquit. Et dehinc tibi explicabitur differentia quæ ulibi occurrit. Qui ſenſum elicit ſive argumentatur per generale cum ſpeciali, nihil in generali habet quam quod ſpeciali inſit; nec quicquam addere potes, ne quidem quod ſimile eſt: qui verò arguit per augmentum cum diminutione, complectitur omnia; atque excludit quod ſimile non eſt. Deinde ei qui arguit per duo generalia cum interpoſito ſpeciali, ſpeciale eſt expoſitio ipſius generalis, nec quicquam generali comprehenditur niſi quod ineſt ſpeciali; & quum denuo generale adhibet, non procedit ut tibi iſto generali poſteriore quicquam addat, niſi ſolum ſimile: qui verò arguit per duo augmenta cum interpoſita diminutione, omnia cõplectitur, & excipit quod diſſimile eſt; niſi quod denuo omnia complectatur, imo id etiam quod diſſimile eſt. nam tibi non excipit niſi unum, quod maximè alienum eſt. Et Scriptura ſapientibus conceſſit, ut cognoſcerent quidnam excipere conveniat. At quod concernit ſpeciale cum generali, & diminutionem cum augmento; in iis modus contrarius eſt huic qui ſpectat generale cum ſpeciali, & augmen-

וריבה ומיעט · והטעם מפני שפרט וכלל אין הכלל פי' אך סתירה הילכך ריבה הכל · אבל מיעוט וריבוי אעפ שהריבוי מרבה הכל מ״מ המיעוט הולך לקיים דמה בא למעט והלא לא הזכיר הריבוי עדיין אלא הרי הוא כמו שנכתב אחר הריבוי וממעט לפחות אחד · ודוגמא לכל זה בכל דוכתין · ונלאיתי לכותבם עם שאינו צורך ·

ודין כלל הצריך לפרט ופרט הצרי' לכלל מדה זו ללמד שהכלל צריך לפי' הפרט והפרט לפי' הכלל ואל תדמה בנפשך מדה זו למדת כלל ופרט כי ההפרש ביניהם הוא בזה הענין' שכלל ופרט כל אחד מפורש משמעותו לעצמו ואין צריך שום אחד לחבירו כגון ההוא דלעיל · בהמה בקר וצאן הבהמה אינה צריכה לפי' בקר וצאן ולא בקר וצאן לפי' הבהמה ולפי' אמרו אין בכלל אלא מה שבפרט שהפרט לא בא לפרש משמעותו של הכלל דמפורש ועומד הוא אלא לפרט כ כללותו אבל כלל הצריך ל לפרט אין משמעות הכלל מפורש לעצמו דמסתבר משמעותו·

augmentum cum diminutione. Ratio eſt: quia in ſpeciali cum generali, generale non eſt explicatio; ſed contravenit. itaque complectitur omnia. Verum in diminutione cum augmento, quamvis augmētum comprehendat omnia; nihilominus diminutio tendit ad confirmandum. Etenim ad cujus exceptionem tendit? annon hactenus nulla augmenti facta mentio? Sed hoc ita ſe habet ac ſi poſt augmentum ſcriberetur & exciperet ſaltem unum. Totius hujus rei exempla paſſim occurrunt: quæ adſcribere gravatus fui, quod neceſſe non ſit.

Argumentum hoc, Generale egens ſpeciali, & ſpeciale quod eget generali, hic inquam arguendi modus eò ſpectat, ut doceat, Generale opus habere expoſitione ipſius ſpecialis, & Speciale expoſitione ipſius generalis. Nec animo tuo aſſimiles hunc modum alteri, qui dicitur Generale cum ſpeciali: quia differentia inter eos hac in re conſiſtit, quod in *Generale cum ſpeciali*, uniuſcujuſque ſignificatio explicita ſit ſeorſum, & neutrum altero opus habeat: quemadmodum in ſuperiori iſto, ubi Lev. 1. 2. *beſtia, bos, parva pecus*, beſtiaq; non eget expoſitione bovis & pecudis; nec bos & pecus neceſſe habent ut per beſtiam exponantur. ideoque dicebatur non eſſe in generali niſi quod ſpeciali continetur: quia ſpeciale non procedit ut exponat ſignificationem generalis, quod explicitum eſt & per ſe conſiſtit; ſed ut limitet ejus generalitatem. Verum cum occurrit Generale quod eget ſpeciali, ſignificatio ipſius generalis non eſt per ſe explicita: nam opinio eſt, ſignifi-

cationem ejus huic potius quam alteri convenite: ideoq; accedit ſpeciale ad explicandum ac eruendum illius ſignificationem. Idcirco vocant, Generale egens ſpeciali: quaſi dicas, ut exponatur per ſpeciale. Quemadmodum Lev. 17. 13. *& teget eum pulvere.* quem locum non enarramus per Generale cum ſpeciali, ut, *teget eum* ſit generale, & *pulvere* ſpeciale, nec ſit in generali niſi quod ſpeciali continetur, &c. quia eſt generale egens expoſitione ſpecialis: nam *& teget eum* continet ſignificationem occultandi vaſe quodam, atque etiam ſignificationem commiſcendi cum pulvere; ſed præcipua ejus ſignificatio eſt occultandi & abſcondendi notio. Vt Gen. 18. 17. *tegamne ſive occultemne ego ab Abrahamo*, id eſt. abſcondamne ego ab Abrahamo? ſimiliter Prov. 11. 13. *& fidus animo tegit ſive occultat rem.* ita accipitur plerumque *obtectio* ſive *occultatio* quæ in lege occurrit. Porrò quum additur *pulvere*, autor exponit hanc occultationem, eſſe confuſionem ipſamque commixtionem: & extrahit generale è ſignificatione ſua. ideoque illum paragraphum enarrant ſuo loco, ſcilicet capite *Obtectio ſanguinis*, per Generale egens ſpeciali. Cujus etiam exemplum exſtat Cod. 'בכורו. quî arguunt è loco, Generale quod eget ſpeciali? ut quum legitur Ex. 13. 2. *conſecra mihi omnem primogenitum*, dicere poſſes *etiam fœminam:* ſed docet quod reſpondeas, nomine maris. ſi mas, dicere poſſes, *quamvis etiam ante eum prodierit fœmina*, &c quaſi dicas, quia primogenitus eſt mas, ſenſus eſſe poſſet, conſecrandum primum marem qui gignitur, quamvis etiam ante eum prodierit fœmina; id tantum requiri, ut ſit primus marium: ideo hæc veniunt, *primoge-*

לדבר אחד יותר מלדבר אחר ובא
הפרט לפרש ולעקור משמעותו·
ולפי' אמרו כלל הצריך לפרט
כלומר לפי' הפרט כגון וכסהו
בעפר דלא דרשי' ליה בכלל ופרט
וכסהו כלל עפר פרט ואין בכלל
אלא מה שבפרט ומו' משום
דהוי כלל הצריך לפי' הפרט
דוכסהו משמע כפיית הכלי
ומשמע נמי בלילת עפרא אך עיקר
משמעותו לשון כפייה וסתר
הוא כמו המכסה אני מאברהם
המסתיר אני מאברהם וכן נאמן
רוח מכסה דבר וכך הם רוב
כיסויי' שבתורה וכשאמר בעפר
פי' על הכיסוי הזה שהוא בלילה
ועירוב ממש ועוקר הכלל מ
ממשמעותו ולכך דרשוהו במקומו
פרק כיסוי הדם בכלל הצריך
לפרט ודוגמתו בבכורות· מכלל
הצריך לפרט כיצד כגון קדש לי
כל בכור יכול אפילו נקבה תל'
זכר אי זכר יכול אפילו יצתה
נקבה לפניו וכו' פי' משום דבכור
זכר משמע זכר הראשון שנולד
ואפילו יצתה נקבה לפניו רק
שהוא בכור לזכרים אתא

בכור פטר רחם ועקר לוה מ ממשמעותיה דבכור לרחם בענין וכן כל כה״ג ·

דהי דבר שהית בכלל ויצא מן הכלל ללמד לא ללמד על עצמו יצא אלא ללמד על הכלל כלו יצא מדה זו בתורה ללמד על עצמו ועל כללו ולשון המדה כך משמע כענין שאמרו גבי הבערה לא תבערו אש · הבערה בכלל לא תעשה כל מלאכה היתה ולמה יצתה לחלק כלו׳ לענין חילוק מל.כ.ה.ת שאם עשה הבערה עם שאר מלאכות בהעלם אחת שחייב על הבערה בפני עצמה ומלמדת לאחרים מה הבערה חייב בפני עצמה אף הכל כן · וכן אוב וידעוני בכלל כל המכשפי׳ היו ולמה יצאו ללמד מה אוב וידעוני בסקילה אף הכל בסקילה וכאלו רבות · אך מצאנו זו המדה שאינה מלמדת לעצמה כלום באותה ששנינו והנפש אשר תאכל בשר מזבח השלמים וטומאתו עליו · שלמים בכלל כל הקדשי׳ היו למה יצאו להקיש אליהם מה שלמים קדשי מזבח אף כל קדשי מזבח

mogenitum, quicquid aperit vulvam. & iſtius rei fundamentum eſt in illius ſignificatióne, quod primogenitum vulvæ requiramus. Sic ſimilia omnia.

Argumentum hoc, Res in genere contenta, & ſeorſum à genere expreſſa ad docendum, non exprimitur ſeorſum ut de ſe quid doceat; ſed ad docendum de toto genere ſeparatim exprimitur: hic inquam locus dialecticus in lege occurrit, ut doceat aliquid de ipſa re, ejuſque generali. Phraſis hujus loci talem habet ſignificationem, quemadmodum in negotio quod tractant ubi de accenſione agitur, Exod 35. 3 *Ne accenditote ignem. Accendere* comprehenditur lege, *Ne facias ullum opus.* at quare ſeorſum exprimitur? ad diſtinguendũ, quaſi dicas ut diſtinguantur opera: puta, ſi fecerit accenſionem cum reliquis operibus una congerie, eum teneri de accenſione ſeparatim. docet etiam pro aliis operibus, quod ſicut de accenſione tenetur ſeparatim; ita de omnibus ſimiliter. Similiter Deut. 18. 10. 11. pythonicus & ariolus ſub veneficis comprehenduntur. quare ergo ſeorſum exprimuntur? ad docendum, ut pythonicus & ariolus lapidandi; omnes hujuſmodi eſſe lapidandos. Talia multa ſunt. Verum hunc locum dialecticum invenimus etiam nihil prorſus pro ipſa re docere: ſcilicet in illo quod Lev. 7. 20. legimus, *Anima quæ comederit carnem è ſacrificio euchariſtico ... cum immunditia ſua in ſe.* euchariſtica ſub genere conſecratorũ comprehenduntur: quare igitur ſeparatim exprimuntur? Vt ſibi aſſimilent: puta, ut ſacrificia ſunt conſecrata altaris; ita etiam legem de quibuſvis quæ ad altare con-

ויצאו קדשי בדק הבית שאין חייבין עליהם משום טומאה ומייתי לה בפ׳ קמא דשבועות ואם ישאל שואל ולמה אין דנין אותה בכלל ופרט לומר אין בכלל אל׳ מה שבפרט ועל השלמים יהיה חייב ועל השאר יהיה פטור ׃ תשובתו כלל ופרט המרוחק בשתי פרשיות לדברי הכל אין דנין אותו בכלל ופרט כדאיתא בפסחים ׳והך ׃ דהבערה לא דריש לה רבי יוסי לחלק ׃ במדת דבר שהיה בכלל וכו׳ אלא ללאו בעלמא כלומר להקל של ההבערה שאין חייב עליה סקילה כשאר מלאכות אלא לאו בעלמא ורבים מקשים וכי חולק רבי יוסי על יג מדות שזו אחד מהן והפירוק המחוור מכל מה שראיתי בזאת הקושיא הוא זה דרבי יוסי קרא אחרינא. אית ליה לחולק מלאכות בדאיתא. בשבת פרק כלל גדול הילכך ע״כ קרא דלא תבערו לא אתא להילוק מלאכות אלא ללאו ׃ ויש ללמוד מזה דהיכא דמוכח שאין לדרוש בדבר שהיה בכלל שדורשין בדרשא אחרינא ׃

ויני דבר שהיה בכלל ויצא

ſecrata ſunt eſſe accipiendā. ſic excipiuntur conſecrata pro labe templi: in quibus non tenentur de ulla immunditia. Illum diſcurſum profert Gemara cap. 1. שבועות. Quod ſi curioſus quis interroget, At quare iſtum paragraphum non expendunt per Generale cum ſpeciali? ut dicant, non eſſe in generali niſi quod ſpeciali continetur: itaque in euchariſticis reum fieri; in reliquis eſſe liberum? Reſpondebitur ipſi, quum generale cum ſpeciali ita ſe habet, ut duabus ſectionibus diviſim reperiantur; omnium conſenſu, non expenduntur per Generale cum ſpeciali: uti eſt Cod. de Paſchate. Cæterum illud de accenſione Doctor Joſe enarrando, non collimat *ad diſtinguendum*, idq; per hunc modum, Res ſub genere contenta &c. ſed ad commune interdictum, quaſi dicas, ad ſublevandam legem de accenſione: propter eam reum non teneri ad lapidationem, ut quidem in reliquis operibus; ſed hoc eſſe commune interdictum. Multi autem objiciunt: quid? an D. Joſe pugnat cum 13 arguendi modis, quorum hic unus eſt? Verū ſolutio elegantiſſima omnium, quas in hac objectione vidi, hæc eſt: quod Doctori Joſæ ſuppetat alius paragraphus *ad diſtinctionem operum*: uti eſt Cod. de Sabb. cap. *Regula præſtans.* ergo velis nolis, paragraphus, *Ne accenditote*, non procedit ad diſtinctionem operum; ſed ad interdictum conſtituendum. Hinc addiſcere licet, quod ubicunque conſtat non enarrandum eſſe per modum, *Res ſub genere contenta*; enarrent altera enarratione.

Sequitur argumentum, ſcilicet, Res ſub generali quodam contenta

& ſcor-

לטעון טעון אחר שהוא כענינו יצא להקל ולא להחמיר פי' טעון אחר שהוא כענינו שהוציאו הכתוב מן הכלל ועשה בו פרט אחד והזכיר בו מקצת ענין הראשון והניח מקצתו כגון שחין ומכוה דכתיב ובשר כי יהיה בעורו שחין ונרפא · או בשר כי יהיה בעורו מכות אש והלא שחין ומכוה בכלל כל הנגעים . היו פי' שחין ומכוה פירש בהם כל הענין והניח מהם מחיה ושבוע שני ומדה בתורה הואיל ונזקק לפרש בהם דין הטומאה ועשה מהם פרט בפני עצמם מה שהזכיר הזכיר ומה שהניח הניח · ואינן טוענין · אלא מה שנתפרש בהם וזו להקל ולא להחמיר שלא יהיו טוענין מה שלא נאמר בהם . ואת אחר שאמר להקל מה צריך ולא להחמיר י"ל משום דקא בעי למימר במדה של אחריה יצא להקל ולהחמיר קאמר נמי בהא ולא להחמיר וא"ע דלא צריך ·

ואם יצא לטעון טעון אחר שלא כענינו יצא להקל ולהחמיר

& ſeorſum expreſſa ad aliud onus imponendum quod cum generali convenit; ſeorſum exprimitur ad allevandum, non ad aggravandum. Hic ſignificatur aliud onus quod cum generali convenit, quodque Scriptura è generali educit, & in eo facit ſpeciale quoddam, in quo commemorat partem rei prioris, aliam ejus partem relinquens. Quemadmodum ulcus & aduſtio, quum ſcribitur Levit. 13. 18. *item caro, quum fuerit in ipſa cute ejus ulcus; & ſanata ſit.* ℣ſ. 24. *aut caro, quum fuerit in cute ejus aduſtio ignis.* atqui nonne ulcus & aduſtio, in complexu omnium iſtarum plagarum? Rei expoſitio hæc eſt: in ulcere & aduſtione explicat Deus rem totam, & ex illis (ad generale pertinentibus) iſtud de carne viva & ſeptimana ſecũda prætermittit. Eſt autem hic in lege arguendi modus: quandoquidẽ D. accuratus fuit in explicãdo circa iſta rationem immunditiei, & ex iis fecit ſpeciale quid quod in his ſpeciatim obtineret; quod commemoravit, tantùm commemorare voluit, & quod prætermiſit, prætermittere voluit. nec iſta alio onerantur, quam quod de ipſis explicitè traditum fuit. Atque hoc ad allevandum; non verò ad aggravandum: ne ſuſtineant quod de iis dictum non eſt. Quod ſi dicas, Poſtquam dixerat ad allevandum, quid opus erat, non verò ad aggravandum? Reſpondendum erit, Quia ſubjungere voluit in argumento ſequenti, *ſeorſum exprimitur ad allevandum & ad aggravandum*; dixit etiam in hoc, Non verò ad aggravandum: quamvis neceſſe non eſſet.

Quod ſi ponatur ſeparatim ad imponendum onus diverſum cum illo non conveniens; ponitur ſeorſum ad allevandum & aggravandum.

פירוש

Ad allevandum, hunc habet ſenſum, quod in ipſo de priori jure demant aliquid, & aggravent imponentes ipſi jus quod in eo explicitè traditur. Vt caput & barba, quum ſcribitur Levit. 13. 29. *Item quum in viro aut muliere erit plaga; in capite vel in barba.* At nonne caput & barba ſub genere cutis & carnis comprehenduntur? Sed quum ſeorſum ponuntur ad imponendum onus aliud quod cum illo non convenit (id eſt, de immunditia porriginum, quæ non eſt de immunditie aliarum plagæ ſpecierum) ſeorſum ponuntur ad ſublevandum & aggravandum. ad ſublevandum, quia non judicantur ex conſideratione albi crinis, quod eſt ſignum immunditiei in reliquis iſtis plagis; ad aggravandum, quia judicantur ex crine flavo, qui in iis explicitè traditur.

Argumentum, Separatim poſitum ut de eo novi quid ſtatuatur, revocare non potes ad generale, &c. Exponitur novi quid, quod generali refragatur: at additamentum quod ipſi additur, quod non ſit in generali, non vocatur res nova. Secundum traditionem c. 1. יבמות, Res ſub generali contenta & ſeparatim repetita ut de ea novi quid ſtatuatur, &c. quomodo ſe habet? Lev. 14. 13. *Deinde jugulabit agnum illum in loco, ubi jugulare ſolet peccatum: .... nam ſicut peccatum, ſic reatus.* ubi non opus erat doctrina qua diceretur, *Sicut peccatum, ſic reatus.* Quorſum doctrina hæc indicanda? Quia leproſus ſeorſum à generali proponitur, id eſt à complexu reliquorum reatuum, ut de eo novi quid ſtatuatur, quoad pollicem manus pollicemque pedis. Dicere quis potuiſſet, ipſum non eſſe onerandum applicatione ſanguinis & adolendorum ad al-

פירוש להקל שמקילין בו מן הדין הראשון ומחמירין לתת עליו הדין שנתפרש בו כמו ראש וזקן דכתיב ואיש או אשה כי יהיה בו נגע בראש או בזקן· והלא ראש וזקן בכלל עור ובשר היו· וכשיצאו לטעון טען אחר שלא כענינו פי' בטומאת נתקים שאינה מטומאת שאר מראות יצאו להקל ולהחמיר להקל שלא ידונו בשער לבן שהוא סימן טומאה בשאר נגעים ולהחמיר שידונו בשער צהוב שנתפרש בהם·

דיני יצא לידון בדבר החדש אי אתה יכול להחזירו וכו'· פי' דבר חדש שסותר את כלו׃ אבל תוספת שניתוסף בו שאינו בכללו לא מקרי דבר חדש כדתניא בפק יבמות דבר שהיה בכלל ויצא לידון בדבר החדש וכו'· כיצד ושחט את הכבש במקום אשר ישחט את החטאת כי כחטאת האשם שאין ת״ל כחטא' האשם מה ת״ל לפי שיצא מצורע מכלל פי' מכלל שאר אשמות לידון בדבר החדש בבהן יד ובבהן רגל היה יכול לומר דאינו טעון מתן דמים

ואימורי׳ על גבי מזבח ת״ל כחטאת
האשם מה חטאת טעון דמים
ואימורים על גבי מזבח אף אשם
כן ׃ ומדאיקרי דבר חדש בהן יד
ורגל ולא נסכים שאשם מצורע
טעון ושאר אשמות אינם טעונים
משמע דלא מקרי דבר חדש אלא
כשסותר את הכלל כגון בהן יד
ורגל ששאר כל האשמו׳ כל הדם
למזבח ואשם מצורע ניתן ממנו
לבהונות אבל נסכים אינו סותר
הכלל אלא תוספת בעלמא הוא
שניתוסף באשם מצורע על שאר
אשמות והיינו דאיכא בין מדת
דבר חדש למדת יצא׳ ללמד על
הכלל כי הך דאוב וידעוני בכלל
כל המכשפים היו ולמה יצאו
להקיש אליהם מה אוב וידעוני
בסקילה אף כל וכו׳ ׃ וסקילה
לא הוי דבר סותר את הכלל
ולכך דן אותו במדת ללמד על
הכלל ויש מחלוקת במדת דבר
חדש בזבחים פרק אי זהו מקומן
איכא מ״ד דאי לא הדרי לכלליה
לא גמרי אהדדי לא איהו מכלליה
ולא כלליה מיניה ׃ ואיכא מ״ד
דאיהו בלבד הוא דלא גמר מכלליה
אבל כלליה גמר מיניה פי׳ כל
דבר שיש בו זולת החידוש הסותר
ואת מה בין מדה זו למדת

ad altare. ideo doctrina hæc proponenda fuit, *Sicut peccatum ſic reatus*: ut peccatum oneratur ſanguine & adolendis ſuper altari, ſic etiam reatus. Quia ergo vocatur res nova pollex manus ac pedis, non verò libamina, quibus reatus leproſi oneratur, reliqui verò reatus non onerantur; ſignificatur, non vocari rem novam, niſi quum ipſum generale deſtruit. ut pollex manus ac pedis: quia in reliquis omnibus reatibus, omnis ſanguis altari debetur; at in reatu leproſi, ex ipſo pollicibus inditur. Verum libamina generale non deſtruunt; ſed ſunt vulgare additamentum, quod in reatu leproſi additur ſuper reliquorum reatuum requiſita. Atque hoc intereſt inter hunc arguendi modum, *Res nova*; & illum, *Res ſeparatim exprimitur ad docendum de toto genere*. Quemadmodũ illud, quod Pythonicus & Ariolus ſub genere omnium veneficorum comprehenduntur. quare igitur ſeparatim etiam ponuntur? ut ſibi aſſimilent: uti pythonicus & ariolus lapidandi; ſic omnes, &c. Lapidatio autem non eſt res quæ genus deſtruit. ideoque iſtud æſtimant illo arguendi modo, *Ad docendum de genere*. Cæterum controverſia eſt de arguendi modo *Res nova*, in זבחין cap. *Quis eorum locus*. Quidam ait, quod niſi ad generale ſuum revocetur, à ſeſe invicem non illuſtrentur: nec ipſum novum à ſuo genere; nec ejus genus ab ipſo. alius dicit, ipſum ſolum eſſe quod à genere ſuo non illuſtretur; ſed ejus genus ab ipſo illuſtrari: nimirum in eo quod in ipſo præter illam repugnantem innovationem invenitur. Quod ſi quæras, Quid intereſt inter hunc arguendi modum; & illum,

יצא לטעון טעון אחר שלא כענינו שהרי אין דנין בשתיהן אלא מה שנתפרש בשתיהם שם אלא אם כן החזירם לכללם ואומר הראב״ד ז״ל דודאי כן הוא שהדין שלהם אחד אלא שיש בזו יתרון על הראשונה שהזכרנו כי הראשונה יצא לטעון טעון אחר שלא כענינו בענין טומאת נתקים שאינה מענין הנגעים הראשונים כלל ומן הדין אין לדון בהם מדיני הראשונים כלום אלא אם כן נתפרש בהם אבל המדה הזו באה ללמד שאעפ״י שענין הזה כענין הא' כגון אשם מצורע שהוא קדשי הקדשים כשאר אשמות וטעון שחיטת צפון כמותם אפ״ה הואיל ונתחדש בו דבר אחר אין לך בו אלא משעת חידושו ואילך עד שיחזור לכללו בפי' ואעפ״י שהיינו יכולים ללמוד הראשונה מזו שהיא מחדשת יותר ס״ם כיון שיש ביניהם בע״ה חשבו אותם שתי מדות לשון הראב״ד ז״ל׃

דיני דבר הלמד מענינו ודבר הלמד מסופו פי' למד מענינו כל דבר סתום שאין מפורש בו במה מדבר מדה בתורה ש שנלמוד מן הענין המפורש הסמוך

Separatim ponitur ad imponendum diverſum onus cum illo non conveniens? nam neutro arguunt, niſi quod ibi in ambobus exprimitur, niſi ad generale ſuum revocentur. Reſpondet Doct. A. f. Davidis l. m. revera ita eſſe, ſcilicet amborum eandem eſſe rationem; niſi quod in hoc quidam ſit exceſſus ſupra priorem quem commemoravimus. Nam in priori, res ſeparatim ponitur ad imponendũ diverſum onus cum illo generali non conveniens, idque in negotio immunditiæ porriginũ, quæ ad illas *plagas* priores nihil omninò pertinet: atq; ex jure non licet in iſtis concludere quicquam ex requiſitis priorum illarum plagarum; niſi in ipſis exprimatur. ſed hic arguendi modus progreditur ad docendum, quod etiamſi hic uti illic ſe res habeat (quemadmodum in reatu leproſi, qui eſt ſacroſanctus ut reliqui reatus, & mactari debet ad Aquilonem ſicuti iſti;) nihilominus, quia in hoc novè aliud quid conſtituitur, nihil in eo tibi licet, duntaxat à renovationis ipſius tẽpore ac deinceps, donec ad generale ſuum explicitè redeat. & quamvis priorem ex hoc addiſcere poſſimus, ut qui plus novitatis habeat; nihilominus quia inter ipſos eſt eminentiæ gradus, duos arguendi modos eſſe cenſuerunt. Hic eſt ſermo D. Abr. f. Davidis laudatæ memoriæ.

Argumentum: Res quæ è ſubjecto ſuo diſcitur, & res quæ è fine ſuo diſcitur. Expoſitio hujus, *Quæ è ſubjecto diſcitur*, ſic habet: eſt arguendi modus in lege, ut quodlibet abſtruſum, in quo explicatum non eſt de quo dicatur, addiſcamus ex eo quod proxime ſequens explicatum

לו כדתניא במכילתא לא תגנוב הרי זו אזהרה לגונב נפשות או אינו אלא לגונב ממון אמרת צא ולמד מי"ג מדות שהתורה נדרשת בהם ג' מצות אמורות בענין שתים מפורשות ואחד סתומה נלמוד סתומה ממפורשת במה הענין מדבר במיתת בית דין פי' לא תרצח לא תנאף אף לא תגנוב כן וכן כל כיוצא בזה ודבר הלמד מסופו פי' סהענין עצמו ופשוט הוא ·

דין שני כתובים המכחישין זה את זה וכו' מדה זו מפורשת בתורה כדאמרינן כתוב אחד אומר וירד ה' על הר סיני וכתוב אחר אומר כי מן השמי' דברתי עמכם ׃ הכריע הג' מן השמים השמיעך את קולו ליסרך וכו' פי' השמים שהוא אש ומים שהראה דמות האש העליונים על ראש ההר לדבר מתוכה וזו היא ההרכנה שאמרו ז"ל שהרכין שמים לא ששינה אותם מהוייתן כלל ׃ ומזו ההכרעה שהכריע הכתוב הג' ותקן שני כתובים המכחישין זה את זה למדו רבותי' במקום אחר בשני כתובי' שמכחישין זה את זה ולא בא השלישי להכריע כאותה ששנינו בסוטה כתוב אחד

tum eſt: uti traditur in cornucopiis. *Ne furator*, eſtne præmonitio pro plagiario, an verò nonniſi pro fure pecuniario? Dicere potes, Procedas atque id diſcas ex 13 arguendi modis, quibus lex explicatur. In iſto negotio tria præcepta proponuntur, quorum duo explicata ſunt, unum autem abſtruſum. diſcamus abſtruſum ab explicato. De quo illi ſermo eſt? de morte per ſenatum irroganda: puta, *Ne occidito*; *Ne ſcortator.* ergo etiam, *Ne furator*, ſimiliter accipe. Ita quævis ſimilia. *Res quæ è fine ſuo diſcitur*, ſic exponitur: *ex ipſius rei fine.* Atque hoc planum eſt.

Argumentum duarum ſcripturarum ſibi contradicētium &c. Hic arguendi modus in lege explicitè continetur. Quemadmodum dicimus, quod unus paragraphus dicat Ex. 19.20. *tum deſcendit Iehova ſuper montem Sinai*; alius verò Exod. 20.22. *quod ex cœlis loquutus ſim vobiſcum*; deinde tertius eos conciliet Deut. 4.36. *è cœlis audiendam propoſuit tibi vocem ſuam, ut erudiret te*,&c. Per cœlos intelligit ignē & aquam: quod oſtenderit ſimilitudinem ignis, id eſt, altiſſimorum, ſuper montis cacumine, ut inde loqueretur. Hæc eſt illa depreſſio, qua Sapientes l. m. dixerunt Deum depreſſiſſe cœlos: non verò quod eos ullo modo in ſua eſſentia mutaverit. Atque ex hac conciliatione, qua tertius paragraphus conciliat apteque componit duos paragraphos ſibi invicem contradicentes; Doctores noſtri idem addiſcunt alibi in duobus paragraphis, qui ſibi invicem contradicunt, nec tertius ad conciliandum accedit. Sicuti quod in סוטה legimus: Vnus paragraphus inquit

(Num. 35. 5.) *& metimini extra civitatem quamque, ad plagam Orientalem bis mille cubitos*; alius verò ait (vſ. 4.) *à muro civitatis cujuſque extrinſecus mille cubita.* ubi illi ambos conciliant ex ſententia ſua, & ſolvunt ſecundum conſiderationes ſuas: quemadmodum diſcunt argumento ab impari, quod ſuppeditavit Deus, multa argumenta ab impari per totam legem. Cæterum quod addit autor, *donec procedat paragraphus tertius & conciliet*; ſic inquit, duos paragraphos, qui ſibi invicem contradicunt, tibi rejicere non licet vel ipſos ut errore ſcriptos ſumere, adeo ut ad eorum directionem pro virili non redeas, donec procedat tertius paragraphus eoſque conciliet: atque tum facies ſecundum conciliationem quam obſervabis. Hic modus eſt ille, qui dicitur, *Illi ſimile alio in loco*, quem ſubtiliter explicavit Hillel coram ſenioribus Bethiræ: quaſi dicas, unum alteri opitulatur, ejuſque ſenſum confirmat. Hic modus per ſe non conſtituit modum, qui cum 13 modis numeretur: verum quia poſteriores, quos enarrabat, erant diſtincti modi, hunc etiam unà ſubtiliter explicavit. Omnia hæc ſermone Doctoris A. f. D. l. m. continentur.

Caput III.

Præmittenda eſt generalis præfatio, quare D. Iſmaël non numeraverit illos 32 arguendi modos Doctoris Joſis Galilæi; ſicut hos 13 recenſuit. Atque nobis hac in re aliud non ſuppetit, quàm quod Doctor noſter Samſon libro ſuo ſcripſit: cujus hæc ſunt ſummatim verba. Ecce

אומר ומדותם מחוץ לעיר את פאת קדמה אלפים באמה וכתוב אחר אומר מקיר העיר וחוצה אלף אמה והם הכריעו ביניהם מדעתם ותירצו לפי ראיותם כמו שלמדו מקל וחומר דשכינה כמה קלים וחמורים בכל התורה והא דקתני עד שיבא הכתוב השלישי ויכריע הק׳ שני כתובים המכחישין זה את זה אי אתה רשאי לדחותן ולהחזיקן בשבו׳ שלא תחזור לתרץ אותם כל מה שתוכל עד שיבא הכתוב השלישי ויכריע ביניהם ׃ ואז תעשה כפי ההכרעה אשר תראה וזהו מדת כיוצא בו במקו׳ אחר שדרש הלל לפני זקני בתירא כלו׳ הא׳ מסייע לחבירו ומחזק טעמו וזו אינה מדה בפני עצמה ליחשב עם י״ג מדות אלא לפי שהאחרונות שדרש היו מדות דרש גם לזו עמהן כל זה לשון הראב״ד ז״ל ׃

הפרק השלישי

ויש להקדים הקדמה כוללת למה לא מנה ר׳ ישמעאל הל״ב מדות דרבי יוסי הגלילי כמו שמנה הי״ג ואין לנו בזה אלא מה שכתב רבינו שמשון בספרו ואלו דבריו בקצרה הא דלא חשיב

ר' ישמעאל כל הל"ב מדות כמו הי"ג מפני שאלו הי"ג לא מצא אדם חולק עליהם והם רהוטות ושגורות בפי הכל כמו שמצינו בהלל שלא מנה רק שבע מדות כדתניא הלל הזקן דרש שבע מדות לפני זקני בתירא ועל כל פנים לא היה מפני שלא היה דורש שאר המדות אלא שאלו היו סדורות בפיו או היו צריכין לאותו זמן שלא היו בקיאין בהן וכך יתכן לרבי ישמעאל בי"ג מדות· או דרך אחרת עזב רבי ישמעאל אותן המדות מהן משום דלא חשיבי מדות אלא כמאן דכתיבי בקרא בהדיא כמו בהקש וזולתו ומהם משום שאינם להוכיח שום חומרא או קולא כמו נוטריקון ומהם שאינם אלא ליישב פשוטי המקראות כמו דבר גדול הנתלה בקטן וכיוצא בו· ולכך נקט רבי ישמעאל במילתיה דבר שהתורה נדרשת בה כלומר גופי תורה קולות וחומרות ודינין· ועם הטעמים האלו יתיישב לך השמטת הל"ב מדות לרבי ישמעאל והא לך טעמן א' לא'· מריבוי מדה זו לא חשיב רבי ישמעאל משום שיש יתור גמור והוי כמאן דכתיב בהדיא מכיעוט לא חשיב לה

quod D. Iſmaël omnes 32 modos non connumeraverit, quemadmodum tredecim iſtos; ideo factum, quia iſtos 13 nemo impugnat, ſed uſitatiſſimi ſunt omniumque ore celebrati. Sicuti in Hillele experti ſumus, quod nonniſi ſeptem modos recenſuerit: ut habet traditio, Hillel ſenex explicavit ſeptem modos coram ſenioribus Bethiræ. at quicquid ſit, hoc factum non fuit, quia reliquos in arguendo non adhibuit; ſed quia iſti in ipſius ore diſpoſitionem nacti erant, aut neceſſariò illo tempore explicandi erant, quia eorum non ſatis periti erant homines. Quod Doct. Iſmaëli competit in tredecim iſtis arguendi modis. Aut alia ratione dicendum, D. Iſmaëlem illos modos ſive argumenta omiſiſſe, partim quod non cenſerentur argumenta, ſed ut ea quæ in Scriptura manifeſtè ſcripta ſunt; exempli gratia, *A ſimilitudine* & alia: partim quod non facerent ad arguendum gravitatem aut levitatem ullam; ut Formula qua literæ pro vocibus accipiuntur: partim, quod non facerent niſi ad conſtituendū ſimplicem paragraphorum ſenſum; ut *Magnum à parvo dependens*, aliaque ſimilia. Itaque ſumpſit Doctor Iſmaël in diſcurſu ſuo id, quo lex explicatur: quaſi dicas, corpora legis, id eſt, levitates, gravitates, juraque forenſia. Et ſecundum iſtas rationes conſtabit tibi, quare D. Iſmaël 32 illos modos omiſerit. Ecce autem tibi eorum rationem ſigillatim. *Ab auxeſi*, hunc modum non computavit Doctor Iſmaël, quia eſt perfecta redundantia, eſtque veluti id quod manifeſtè ſcriptum exſtat. *A diminutione*, hunc etiam non computavit

D.Iſmaël, quia eſt modus ſuperfluus:nam planus eſt. *Ab augmento poſt augmentum,* eum quoque non numeravit ob cauſam in *augmento & diminutione* memoratam. ſimilis ratio eſt in *diminutione poſt diminutionem.* Adhæc, iſtum *Ab impari explicito* non connumeravit,quia totum hoc in paragrapho manifeſtè expoſitum eſt. *A vocum convenientia*, hunc modum computavit D. Iſmaël: verum æſtimavit eum ex ipſo legis corpore, adeo ut inde diſcamus jus levitatis & gravitatis. *A conſtitutione principii,* hunc modum computavit D. Iſmaël: ſed ipſius verba,ſunt verba ſtatuti & juris; verum iſtius Doctoris verba, verba ſunt popularis enarrationis. *A viâ brevi*, ſive compendio: hic modus tantùm eſt diſpoſitio contextuum: ideoque eum non computavit D. Iſmaël. *E re immutata*, etiam pertinet ad verba popularis enarrationis: ideoque eum non computavit D. Iſmaël. *Ex ordine diviſo*; item, *Ex eo quod ad illuſtrandum adducitur* &c. hi etiam non ſuppeditant jus, ſed diſpoſitionem textuum. quapropter iſtos modos neglexit D. Iſmaël. *E generali cui ſubjungitur factum:* etiam hic non computatur; quia nobis inde non provenit levitas, nec gravitas. *E duabus ſcripturis quæ ſibi invicem contradicunt*, eſt modus ſuperior. Alium, ſcilicet, *Ex eo quod ſuo loco ſingulare eſt*; item, *Ex eo quod ſuo loco non explicatur*, non connumeravit D. Iſmaël, quamvis inde debitæ obſervationes prodeant:quia profluit ex argum. *à re quæ diſcitur è fine ſuo. Ex eo quod etſi de hoc dicatur, eò non pertinet*: hunc modum non connumeravit Doct. Iſmaël, quia eo non con-

שהיא מדה מיותרת כי היא מפורשת מריבוי אחר ריבוי גם את זו לא מנה מהטעם הנזכר בריבוי ובמיעוט וכן הטעם במיעוט אחר מיעוט מקו׳ מפורש גם לזו לא מנה שהכל מבואר בפסוק בהדייא׃ מג״ש זאת המדה חשיב לה ר׳ ישמעאל אמנם חשיב לה מגופי תורה וילפינן מינה דין קולא וחומרא׃ מבנין אב גם מדה זו חשיב רבי ישמעאל אבל דבריו דברי חק ומשפט ודברי זה התנא דברי אגדה׃ בדרך קצרה ׃ מדה זו אינה אלא יישוב המקראות ולכך לא חשיב לה רבי ישמעאל מדבר שהוא שנוי גם זאת דברי אגדה ולא חשיב לה רבי ישמעאל מסידור שנחלק ומדבר שבא ללמד וכו׳ גם אלו אינן דין כי אם יישוב המקראות הילכך לא חשיב להו רבי ישמעאל מכלל שאחריו מעשה גם זו לא חשיבא דלא נפקא לן מינה לא קולא ולא חומרא משני כתובים המכחישין זה את זה זו היא המדה של מעלה מדבר שהוא מיוחד במקומו ומדבר שאינו מתפרש במקומו לא מנה רבי ישמעאל אף על פי שדין משמרות יוצאין ממנו מפני שהיא יוצאה מדבר הלמד מסופו מדבר שהוא בזה ואינו ענין לו ׃ רבי ישמעאל לא מנה

tinetur

מדה זו שאין בה חק ומשפט וכן במדרש אגדה מדבר שנאמר בזה והה לחבירו גם זה בנין אב מדבר שהוקש בשתי מדות וכו' גם זו לא חש רבי ישמעאל שאינה אלא דברי אגדה ודרשא ׃ מדבר שחבירו מוכיח עליו גם זו מדרש כאלו נכתב בהדיא או מלת אחד עומדת במקום שתים ולכך לא חשיב לה רבי ישמעאל ·

מדבר שהוא מוכיח על חבירו גם זה לא חשיב רבי ישמעאל שהיא אגדה ולא נפקא מינה לא דין ולא משפט ועוד שבכלל קו' היא ומה אם התקיף כן כ"ש החלש ·

מדבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על עצמו רבי ישמעאל לא חשיב הך מדה דס"ל דליתא אלא דבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל לא ללמד על עצמו יצא אלא ללמד על הכלל כולו יצא או שמא הך דרשה אינה אלא לענין אגדה · וכן הטעם לשאר המדות ואחר שכתבתי הקדמה זו אשוב לחשוב הל"ב מדות לתוצאותם ·

מרבוי כיצד ג' לשונות את גם אף לרבות · את כיצד ויו'

tinetur ſtatutum & jus. Sic in myſtica expoſitione ad popularem ſermonem pertinente, modus, *Ex eo quod cum de hoc dicatur, in compari etiam locum habet*, ad *Conſtitutionem principii* quoque ſpectat. *Ex eo quod ad duos modos æqualiter ſe habet*, &c. nec de hoc modo ſollicitus fuit Doct. Iſmaël: quia nihil continet, quam verba popularis enarrationis & expoſitionis myſticæ. *Ex eo quod à compari ſuo arguitur*, etiam hic modus talis eſt expoſitio, ac ſi manifeſtè ſcripta eſſet; vel dictio una quæ pro duabus ponitur: ideoque iſtum modum D. Iſmaël non computavit.

Ex eo quod compar ſuum arguit, hunc etiam modum non computavit D. Iſmaël, quia ad popularem enarrationem pertinet; nec inde vel jus vel judicium provenit: præterea, quia ſub genere argumentorum ab impari continetur: q. d. & quid? ſi robuſtum ita ſe habet, quanto magis debile?

Ex eo quod in genere contentum, ſeorſum ab eo repetitur, ut de ſe quid doceat. Hunc modum Doct. Iſmaël non computavit: quod ipſi videretur, rem aliter ſe non habere, quam in illo, Quod ſub genere contentum, ab eo ſeorſum ponitur, non ideo repetitur quò de ſe quid doceat; ſed ut de toto genere doceat: aut forte, iſtum exponendi modum nonniſi ad popularem enarrationem pertinere. Hujuſmodi eſt pro reliquis argumentis ratio. Cæterum poſtquam ſcripſi hanc præfationem, revertar ad computandum 32 modos, quaquaverſum patent.

Ab augmento, quî? Tres formulæ auxeſi inſerviunt, τὸν, *quoque*, *etiam*. itaq; τὸν, quomodo? Gen. 21. 1. *Poſtea Iehova*

viſitavit שרה אֶת *Saram.* Si diceretur, *viſitavit Saram*, dicerem Saram ſolam viſitatam. doctrinam proponendam continet particula אֶת, quæ docet omnes ſteriles viſitatas unà cum ipſa. Hoc modo dicitur, ℣ſ. 6. *riſum fecit mihi Deus* &c. *Quoque* auxeſi inſervit Exod. 12. 32. *Greges quoque veſtros & armenta veſtra accipite.* Si diceretur, *Greges veſtros*, dicerem, illorum tantum. doctrinam proponendam continet *quoque*, docens ipſum illis dediſſe donum de ſuo, ut ſtabiliretur quod dictum fuerat, Exod. 10. 25. *Tu quoque dabis in manu noſtra.* Quî *etiam* augmento inſervit? 2 Reg. 2. 14. *Et accepit togam Eliæ ... etiam iſte quum percuſſit aquas.* docetur, Eliſæo magis edita fuiſſe miracula in Jordanis diviſione, quam Eliæ: nam priori vice unius meritum conſtabat; & ſecunda vice in Eliſæo, alterius etiam meritum conſtabat. Ita ſcriptum eſt ℣ſ. 9. *Sit ergo, quaſo, portio dupla*, &c. ſic etiam reperis octo Eliæ miracula, at in Eliſæo ſedecim.

A diminutione, quî? Tres formulæ ſunt, *duntaxat, tantummodo, præter.* Quî *tantummodo* diminutioni inſervit? Gen. 7. 23 *Sed relictus eſt tantummodo Noach.* Docetur, Noachum tantum tuſſi ex frigore laboraſſe. itaq; videmus nos inde diſcere, *tantummodo*, diminutionis eſſe. Quî *duntaxat* ad diminuendum facit? Gen. 20 11. *Duntaxat vacuitas timoris Dei eſt in loco iſto.* Dici poſſet, non timuiſſe Deum ullo modo. doctrinam proponendam ſuppeditat particula, *duntaxat*: impios fuiſſe, ſed timuiſſe. Ita ſtatue, ab illo tempore, quamdiu nondum auribus ſuis audiviſſent, non timebant; à quo tempore auribus audiverant, timebant. Ita

פקד את שרה אלו נאמר פקד שרה הייתי אומר שרה לבדה נפקדת תל' את מלמד שכל העקרות נפקדו עמה וכן הוא אומר שחוק עשה לי אלהים וגו' · גם לרבות גם צאנכם גם בקרכם קחו אלו נאמר צאנכם הייתי אומר שלהם בלבד תל .גם מלמד שנתן להם דורון משלו לקיים מה שנאמר גם אתה תתן בידינו ׃ אף לרבות כיצד ויקח את אדרת אליהו אף הוא ויכה את המים מלמד שנעשו נסים לאלישע בקריעת הירדן יותר מאליהו דפעם ראשונה היתה זכות אחד עומדת ופעם שניה של אלישע הגתה זכות אחר עומדת וכן כתיב ויהי נא פי שני' וגו' וכן אתה מוצא ח' מופתים באליהו וי״ו באלישע ·

מיעוט כיצד ג' לשונות רק אך מן · אך למעט כיצד וישאר אך נח מלמד שאף נח גונח היה מפני הצנה ומצינו למדין אך מיעוט · רק למעט כיצד רק אין יראת אלהים במקום הזה ׃ יכול שלא היו יראים השם כל עיקר תל' רק רשעים אך יראים אמור מעתה עד שלא שמעו באזניהם לא .היו יראים משמעו באזניהם היו יראים

וכן הוא אומר וישכם אבימלך
וכו' וייראו האנשים מאד וכו' ·
מן למעט כיצד ויעמד העם
על משה מן הבקר עד הערב ·
יכול כל היום כולו היה משה דן
אם כן אימתי היו תלמידיו למדין
ת"ל מן למעט שלא היה יושב
כל היום ושיערו חכמים שש
שעות ·

מריבוי אחר ריבוי כיצד גם
את הארי גם את הדוב הכה
עבדך אלו נכתב ארי ודוב הייתי
אומר שתים בלבד כשהוא אומר
גם את גם הרי שלשה ריבויין
מלמד שהיו שם חמשה חיות
רעות · כיצד ארי ושני גוריו
והדוב וגורו ·

מיעוט אחר מיעוט · כיצד
הרק אך במשה רק ואך מיעוט
אחר מיעוט והלא גם בנו דבר
עד שלא דבר עמו · ומנין שדבר
עם מרים קודם למשה ש
שנאמר ותקח מרים הנביאה
אחות אהרן וכו' והלא גם למשה
היתה אחות אלא מלמד שהתחילה
לנבאת משהיתה אחות אהרן
בלבד ועדיין לא נולד משה
ומנין שדבר עם אהרן קודם
למשה שנאמר ויבא איש האלהים
ויאמר אליו הנגלה נגליתי

Ita ille dicit, Gen.20.8. *Mane itaque ſurrexit Abimelec*, &c. *timueruntque viri illi valde*, &c. *Prater* quomodo ad minuendum facit? Exod.18.13. *Aſtabat populus Moſi prater* (potius *à*) *mane uſque ad veſperam.* Dici poterat, omnino per totum diem Moſen judicaſſe. ſi ita fuiſſet, quando ejus diſcipuli didiciſſent? doctrinam proponendam ſuppeditat *prater:* ut minus dicatur, ipſum toto die non ſediſſe. Determinant Sapientes ſex horas.

Ab augmento poſt augmentum, quomodo? 1 Sam. 17.36. *etiam τὸν leonem, etiam τὸν urſum percuſſit ſervus tuus.* Si ſcriptum eſſet, *leonem & urſum*, dicerem, ambos tantum: at quum dixerit *etiam*, *τὸν*, *etiam*, ecce triplici auxeſi docuit, quod ibi quinque malæ feræ fuerint. Quomodo? Leo cum duobus catulis ſuis, & urſus cum ſuo catulo.

A diminutione poſt diminutionem, quomodo? Num. 12.2. *An duntaxat tantummodo per Moſen?* Duntaxat & tantummodo, continent diminutionem poſt diminutionē: ideo ſequitur, *Nonne etiam per nos locutus eſt?* ſcilicet antequam cum illo loqueretur. Sed unde liquet, quod cum Mirjam loquutus ſit, antequam cum Moſe loqueretur? Quia dicitur Exod. 15.20. *& accepit Prophetiſſa Mirjam ſoror Aaronis*, &c. At nonne Moſis quoque ſoror erat? Verum docet, eam incepiſſe prophetare quum tantum eſſet Aaronis ſoror, antequam naſceretur Moſes. Et unde habes, cum Aarone loquutum fuiſſe antequam cum Moſe loqueretur? Quod dicatur,

1 Sam. 2.27. *Venit autem vir Dei ... dixitque ei ... Annon plane me revelavi*

domui patris tui, quum eſſent in Aegypto ſubditi domui Pharaonis? Atque ejus prophetia ſuppreſſa fuit ultra annos octingentos & octoginta ſex, donec veniret Ezechiel: nam dicitur Ezech. 20. 7. *Et edixeram eis, quiſque res deteſtandas oculis ſuis, abjicite.* Moſes quoque Doctor noſter ſatagebat ut Aaron legatus eſſet: nam dicitur Exod. 4. 13. *Mitte quaſo per eum quem miſſurus es.*

Ab explicito argumento ab impari, quî? Jer. 12. 5. *Quando cum peditibus curris, defatigant te; quomodo ergo miſceres te cum equis?* Huic ſimile Eſter 9. 12. *Dixit rex Aſſuerus, Suſis in urbe regia interfecerunt Iudæi & perdiderunt quingentos viros;* ... quanto plures, *in reliquis provinciis regis?*

Implicito argumento ab impari, qui? Pſal. 15. 4. *Iuratus ad malefaciendum* ſibi; *non tamen mutat.* Sed ſi juraverit ad benefaciendum ſibi, mutabitne? Quid vero homini factu difficilius eſt, malefacere ſibi ipſi; an benefacere ſibi ipſi? Si *ad malefaciendum ſibi* non mutat; quanto minus *ad benefaciendum ſibi ipſi.* Quodnam eſt malum proprium, quod ipſi ut faciat licitum eſt? Reſpondet D. Johannes: exempli gratia, ſi in mari fuerit & voverit, In luctu jejunus permanebo, donec domum revertar.

A vocum convenientia, ſive, *eadem origine*, qui? Samuel erat Naziræus, inquit Doctor Nehoræus: nam dicitur 1 Sam. 1. 11. *Novacula non admovebitur capiti ejus.* De Samſone dicitur novacula; dicitur item de Samuele novacula: ut novacula Samſonis Naziræum arguit; pariter etiam in Samuele ſe res habet. Sic ſimilia.

A conſtitutione principii, quomodo? Eſt fundamentum, de eo aliquid

quid

לבית אביך בהיותם במצרים לבית פרעה והיתה נבואתו כבושה יותר מת׳ת פ׳ו שנה עד שבא יחזקאל שנאמר ואומר אליהם איש שקוצי עיניו השליכו ואף משה רבינו היה משתדל שיהא אהרן שליח שנאמר שלח נא ביד תשלח׳

בק׳ו מפורש׳ כיצד כי את רגלים רצתה וילאוך ואיך תתחרה את הסוסים כיוצא בו ויאמר המלך אחשורוש בשושן הבירה הרגו היהודים ואבד ת׳ק איש ק׳ו בשאר מדינות המלך׳

בק׳ו סתום׳ כיצד נשבע להרע ולא ימיר׳ אבל אם נשבע להיטיב יחליף ומה קשה לאדם לעשות להרע לעצמו או להיטיב לעצמו אם להרע לעצמו אינו מחליף ק׳ו להיטיב לעצמו אי זהו הרע לעצמו שמותר לו לעשותו א׳ר יוחנן כגון שהיה בים ואמר אשב בתענית עד שאבא לביתי׳

מג׳ש כיצד נזיר היה שמואל דברי רבי נהוראי שנאמר ומורה לא יעלה על ראשו נאמר בשמשון מורה ונאמר בשמואל מורה מה מורה דשמשון נזיר אף בשמואל בן וכן כה׳ג׳

מבנין אב׳ כיצד זהו יסוד מלמד

על מה שהוא לאחריו · מאימתי נקרא יסוד משיהיה הוא נאמר תחלת אר' היא על כל דבור ודבור היה הקב"ה קורא למשה ומשיב הנני הנני · בנין אב לכולם ויקרא אליו אלהים מתוך הסנה ויאמר משה משה ויאמר הנני לפי שהיא תחלה ורבים כיוצא בו ·

מדרך קצרה · כיצד ואהיה מאהל אל אהל וממשכן · צריך היה לומר וממשכן אל משכן אלא שדבר הכתוב דרך קצרה מאימתי נדון הדבר בקצרת משיצטרך הענין לו ודאי ·

מדבר שנוי כיצד אמר רבי יוסי בר חנינא מ"ב שנה היה הרעב ראוי לבא במצרים שכן פרעה רואה שבע פרות ושבע שבלים י"ד ושבע פרות ושבע שבלים הרי כ"ח חזקף אמר שבע פרות ושבע שבלים הרי מ"ב · וכיון שירד יעקב וכלכל כל הרעב ולא היה הרעב אלא ז' ואימתי חזרו אותם מ"ב שנה בימי יחזקאל שנא' ונתתי את ארץ מצרים שממה בתוך ארצות נשמות ועריה בתוך ערים מחרבות תהיינה שממה מ' שנה שלא עשתה אלא לצורך י"ד שנה ויש לומר שלעולם מ"ב שנה היה ראוי לבא אלא שיוסף

quid docens quod ſubſequitur. Quando fundamentum dici incipit? Quum ipſum initio dicitur. Ait D. Hija, Ad unumquemque ſermonem D.S.L. vocabat Moſen: qui reſpondebat ſemper, Ecce me. Conſtitutio principii pro omnibus exſtat Exod. 3. 4. *Inclamavit eum Deus è medio illius rubi, dicens, Moſes, Moſes, qui dixit, Ecce me*: quia hoc initio ponitur. & multa ſunt ſimilia.

Compendio, quomodo? 1 Chron. 17.5. *& eram de tentorio in tentorium itans, & de tabernaculo.* neceſſe erat dicere, & de tabernaculo in tabernaculum; ſed Scriptura compendio uſa fuit. Quando ſermo incipit compendio æſtimari? Quum eo res ipſa eget manifeſtè.

E re immutata, quî? Dicebat Doctor Joſe filius Haninæ, Conveniebat ut quadraginta duorum annorum fames invaderet Ægyptum. Nam ſic Pharao videbat ſeptem vaccas & ſeptem ſpicas, ecce quatuordecim; iterum memorantur ſeptem vaccæ & ſeptem ſpicæ, ecce 28; poſtea Joſeph memorat ſeptem vaccas & ſeptem ſpicas, ecce 42 ſed quandoquidem Jacob in Ægyptum deſcendit, totam famem in ſummam contraxit, & nonniſi ſeptennii fames fuit (Verum quando redierunt iſti 42 anni? Diebus Ezechielis: nam dicitur c. 29.12. *Reddam terram Aegypti deſolatiſſimam inter regiones deſolatas, & civitates ejus inter civitates devaſtatas, erunt deſolatiſſimæ 40 annis*) Etenim fructus tantum ediderat, qui 14 annis eſſent neceſſarii. Dici etiam poteſt, quod omninò conveniebat ut 42 anni ſupervenirent; ſed quod Joſeph

pro illis oraverit: atque hoc eſt illud *ſint*, quæ eſt precandi formula.

Ex ordine diviſo, quî? 2 Chron. 30. 18. 19. *Magna pars illius populi, multitudo ex Ephraimo, & Manaſſe, Iiſſachare & Zebulone non mundaverant ſe* &c. *expiationem faciat pro eo, qui totum animum ſuum comparaverit ad quærendum Deum.* ordò debebat obſervari; ſed diviſus fuit. Quando textum incipiunt æſtimare ordine diviſo? Quum eo modo commodè diſponitur. Talia multa ſunt.

Ex eo quod cum ad illuſtrandum adductum eſſet; deprehenditur illuſtratum, quomodo? Jerem. 46. ℣ſ. 22. *Vox illius quaſi ſerpentis ibit.* Non invenimus in ſerpente, quod vox ejus ab extremitate mundi una ad alterã pervadat: tamen quum pervenit ad Ægypti caſum, dicit, *Vox illius ut ſerpentis ibit.* ut pervaſit vox ſerpentis, ſic ibit vox Ægypti. Ita docet, quo tempore Deus S. L. dixit Gen. 3. 14. *Super ventrem tuum ito*; deſcendiſſe angelos miniſterii, ejuſque manus ac pedes præcidiſſe, ideoque ejus vocem latè pervaſiſſe, &c.

Cui ſuccedit factum quod ſit tantum prioris determinatio, quî? Gen. 1. 27. *& creavit Deus hominem.* ecce hoc eſt generale; poſtea ſequitur operis determinatio Gen. 2. 7. *finxit verò Iehova Deus hominem*, ℣ſ. 21. *quapropter injecit Iehova Deus ſoporem altum*, ℣. 22. *exſtruxitque Iehova Deus.* Audiens putaret aliud eſſe opus; ſed eſt tantum prioris determinatio. Sic dicitur Eſa. 1. 1. *Viſio Eſaiæ*, &c. poſtea determinans inquit author c. 6. 1. *Anno quo mortuus eſt rex Huzzija*, &c.

Ex eo quod à minori dependet, quî? Deuter. 32. 2. *Stillet tanquam pluvia diſciplina*

התפלל עליהם וה״ש יהיו שהוא לשון תפלה ·

מסידור שנחלק · כיצד מרבית העם רבת מאפרים ומנשה יששכר וזבולון לא הטהרו וכו'. יכפר בעד כל לבבו הכין לדרוש אלהים סדור היה ראוי להיות אלא שנחלק מאימתי דנין אותו ב בסידור שנחלק משיתנהג אותו לכך ורבים כזה ·

מדבר שבא ללמד תמצא למד כיצד קולה כנחש ילך לא מצאנו בנחש שילך קולו מסוף העולם ועד סופו וכשבא למפלתה של מצרים הוא אומר קולה כנחש ילך כשם שהלך קול הנחש כך ילך קולה של מצרי' מלמד שבשעה שאמר הקב״ה על גחונך תלך ירדו מלאכי השרת וקצצו ידיו ורגליו והיה קולו הולך וכו' ·

שאחריו מעשה ואינו אלא פרטו של ראשון כיצד ויברא אלהים את האדם הר״י זה כלל ואחר כך פרט המעשה וייצר יי' אלהים ׃ ויפל יי' אלהים תרדמה ויבן יי' אלהים השומע סבור שהוא מעשה אחר ואינו אלא פרטו של ראשון ׃ וכן אמר חזון ישעיהו כו' ואחר כך פורט בשנת מות המלך עזיהו כו' ·

מדבר שהוא נתלה בקטן ממנו · כיצד יערוף כמטר

mea.

לקחי· וכי הגשמים גדולים מן התורה שהיא נתלית בהם אלא לפי שהם מרוים את הכל וכדי לשכך את האזן·

שני כתובין המכחישין זה את זה כיצד כתוב אחד אומר ויהי כל ישראל אלף אלפים ומאה אלף ויהודה ארבע מאות אלף ושבעים אלף וכתוב אחר אומר ויהי ישראל שמנה מאות אלף וכו' ואיש יהודה חמש מאות אלף · נמצא בינהם של מאות אלף ושלש מאות אלף אלו מה טיבן בא הכתוב השלישי והכריע ובני ישראל למספרם ראשי האבות וראשי האלפים והמאות ושוטריהם המשרתים את המלך לכל דבר המחלקות הבאה והיוצאת חדש בחדשו לכל חדשי השנה המחלקות האחר כ"ד אלף סלמד שאלו שלש מאות אלף היו כתובים בטומניות של מלכים ולא היו צריכים להמנות · הא כיצד כ"ד אלף לי"ב חדש הרי ב' מאות ושמנים ושמנה אלף נשתיירו שם י"ב אלף לנשיאי ישראל הטילן הכתוב וחזר וכללן·

מדבר מיוחד במקומו · כיצד ותדור נדר ותאמר ה' צבאות אם ראה תראה בעני אמתך למה נתיחד כאן השם הזה אמרה חנה לפני הקב"ה רבונו של עולם שני

mea. Et quid? an pluviæ præſtantiores ſunt lege? quod hæc ex iis ſuſpendatur. Verum hoc fit, quia ipſæ omnia irrigant: deinde ad demulcendum aures.

E duabus Scripturis, quæ ſibi invicem contradicunt, quomodo? Vnus paragraphus 1 Chron. 21. vſ. 5. inquit, *Erant autem omnium Iſraëlitarum undecies centies mille viri ... Iudæ verò quadringenties ſeptuagies mille:* alter autem 2 Sam. 24. 9. ait, *Et erant Iſraëlitarum octingenta millia*, &c. *virorum autem Iudæ quingenta millia.* Inter iſta centena millia differentia invenitur. Itaque horum trecentorum millium quæ eſt conditio? Procedit paragraphus tertius, 1 Chron. 27. 1. & conciliat. *Filiorum autem Iſraëlis ſecundum numerum ipſorum, in primores paternarum familiarum, & chiliarchos, centurioneſque, & moderatores eorum, miniſtrantes regi in omni negotio ſuarum diſtributionum, quarum quæque procedebat & redibat de menſe in menſem omnibus menſibus anni: diſtributio unaquaque erat vicenum quaternum millium.* Docetur, trecẽta illa millia ſcripta eſſe in ordinibus privatis qui regibus miniſtrabant; nec opus fuiſſe ut numerarentur. Id quomodo? 24 millia in 12 menſes, ecce conficiunt ducenta octoginta octo millia: adeo ut ibi deſiderentur duodecim millia pro principibus Iſraëlis; quæ rejecta complectitur denuo Scriptura.

Ex eo quod ſuo loco ſingulare eſt, quî? 1 Sam. 1. 11. *vovitque votum dicens, Iehova exercituum, ſi omninò reſpexeris ad afflictionem ancillæ tuæ.* Quare ſpecialiter hic iſtud nomen adhibetur? Dixit Anna coram D. S. L. Domine mundi, duos mundos in

tuo mundo creaſti: ſuperiores non fœtificant vel augeſcunt; inferiores fœtificant & augeſcunt. ſi ex inferioribus ſum, ſim fœtificans & augeſcens; ſin ex ſuperioribus, in vivis maneam nec moriar.

Ex eo quod ſuo loco non explicatur; ſed explicatur loco alio, quomodo? Gen. 2. 8. *Ornaverat autem plantis Iehova Deus hortum in Edene ab Oriente*, ℣ſ. 9. *feceratque Iehova Deus ut germinaret.* Audimus Deum S.L. collocaſſe hominem in horto Edenis ab Oriente, & in eo creaſſe omnia eduliorum genera, omniaque genera pretioſorum fructuum: ſed non audimus, exſtruxiſſe ex auro, gemmis ac margaritis papiliones. Vbi hoc diſcimus? Quum ipſe Hiramo Tyri regi inquit, Ezech. 28. 13. *In Edene horto Dei eras, omnes lapides pretioſi operiebant te, pyropus, topazius* &c. quaſi illi dixiſſet, fortè videris tibi primus homo, cui omnem hanc gloriam comparavi.

Ex eo quod etſi ſtrictè dicatur, in omnibus obtinet. At quare iſto loco proponitur? quia Scriptura de eo loquitur quod utplurimum exiſtit. Quî? Exod. 22. 31. *Et carnem in agro diſcerptam ne comeditote.* Nonniſi in agro mihi proponitur; in urbe diſcerpta unde prohibetur? Doctrinam proponendam ſuppeditat Lev. 22. 8. *& diſcerptum ne comedito.* Si ita ſit, quare dicitur in agro? Nonniſi quia Scriptura de eo loquitur quod plerumque fit: nam beſtiæ magis in agro quam in urbe diſcerpi ſolent.

Ex eo quod etſi de hoc dicatur, etiam in compari ſive adjuncto locum habet, quî? Pſal. 97. ℣ſ. 11. *Lux ſata eſt juſto, & rectis animo lætitia.* Dici nequit, juſtis competere

עולמות בראת בעולמך העליונים אינם פרים ורבים התחתונים פרים ורבים אם מן התחתונים אני אהיה פרה ורבה ואם מן העליונים אני אהיה בחיים ולא אמות ·

מדבר שאינו מתפרש במקומו ומתפרש במקום אחר ׃ כיצד ויטע יי' אלהים גן בעדן מקדם · ויצמח יי' אלהים שמענו ששם הקב"ה את האדם בגן עדן מקדם וברא בו כל מיני מאכל וכל מיני מגדי' אבל לא שמענו שבנה חופות של זהב ושל אבנים טובות ומרגליות והיכן שמענו כשהוא אומר לחירם מלך צור בג"ע אלהים היית כל אבן יקרה מסוכתך אודם פטדה כו' אל' שמא אדם הראשון אתה שעשיתי לו את כל הכבוד הזה ·

מדבר שנאמר במקצת והוא נוהג בכל ומפני מה נאמר במקום ההוא מפני שדבר הכתוב בהווה כיצד ובשר בשדה טרפה לא תאכלו אין לי אלא בשדה בעיר מנין ת"ל וטרפה לא תאכל · א"כ למה נאמר בשדה אלא דבר הכתוב בהווה שדרך הבהמות ליטרף בשדה יותר מבעיר ׃

מדבר שנאמר בזה והוא לחבירו כיצד אור זרוע לצדיק ולישרי לב שמחה ׃ אי איפשר לומר שיש

lucem

לצדיקים אור בלא שמחה ולישרי לב שמחה בלא אור אלא אור לצדיקים והה שמחה שמחה לישרים והה אור מאימתי דתין אותו בכך משישתוה לשניהם כאחד ·

מדבר שנאמר בזה ואינו ענין לו והוא ענין לחבירו כאימתי הוא ענין משיצטרך לו כיצד וזאת ליהודה ויאמר שמע וי' קול יהודה תנהו ענין לשמעון שהרי שמעון היה צריך לו יותר מיהודה מנין מראובן כיון שבירך משה את ראובן וזאת ליהודה משמע ואת לשמעון ·

מצינו בגמרא מה לחובל בחבירו שכן הותר מכללו והוא בפרק אלו נערות ופי' כך לפי שבכוליה גמרא אומר קים ליה בדרב' מיניה ר"ל אם חייב ממון ומלקות מלקה לקי ממונא לא משלם דקים ליה בדרבא מיניה ׀ ובחובל בחבירו יש אלו השני עונשין ממון ומלקות נאמר גם כן קים ליה בדרבא מניה ויענישו אותו מלקות ולא ממון כמו שמסיק בגמרא לזה אמרו מה לחובל בחבירו שכן הותר מכללו שמצינו חובל שאין לו עונש כלל שהוא בד

lucem abſque lætitia; rectiſque animo lætitiam abſque luce: ſed lucem juſtis competere, quæ eadem ſit lætitia; & lætitiam rectis competere, quæ eadẽ ſit lux. Quando iſtud ſic æſtimare incipiunt? Quum res ipſis ambobus ſimul æqualiter competit.

Ex eo quod de hoc quidem dicitur, verum huc non pertinet; ſed compari competit. Quando id huic attribui incipit? Quum hoc eo indiget. Quî? Deut. 33. 7. *Idem quoque Iudæ* precatus, *amplius dixit*; *exaudi Iehova vocem Iudæ.* Attribue hoc Simeoni: quia ecce Simeon eò magis egebat, quam Juda. Vnde hoc? Ex Rubene. Quandoquidem cum Moſes benedixiſſet Rubeni, ſubſequitur, *Idem quoque Iudæ*; liquet hoc Simeoni potius competere.

Invenimus in Gemara, Quid hoc ad eum qui proximum ſuum vulnerat: quum etiam à genere ſuo excipiatur? quod occurrit cap. Hæ puellæ. Expoſitio talis eſt. Quia per totam Gemaram dicitur, Statue in ipſum, quod in ipſo gravius eſt, (hoc vult, Si quis debeat pecuniam & plagas, vapulando vapulabit, pecuniam non ſolvet: ſecundũ illud, Statue in ipſum, quod altero gravius eſt, ſive Conſtitue ipſum in illa (conditione) quæ in ipſo gravior eſt,) jam vero de vulnerante ſive vitiante proximum, ibi hæ duæ concurrunt pœnæ, pecuniaria mulcta & plaga; dicitur etiam, Statue in ipſum, quod in ipſo gravius eſſet: ideoq; multabunt eum plagis, non pecunia. uti in Gemara concluditur. Itaque objiciunt, Quid hoc ad eum qui proximum ſuum vitiat: quum etiam à genere ſuo excipiatur? Nam reperimus vitiantem ſive vulnerantem; cui nulla omninò infligitur pœna: nimírum judices

שנותנין

שנותנין המלקות ומזן שאינו משלם כלל אף אני אביא שאר חובל דממון משלם ולא מלקות ויש הותר מכללו ואין ר״ל כמו שחשבו רבים מה לחובל בחברו וכו' לפי דקים לן שהפסוק ·אמר לא יוסיף להכותו במלקות אלא ל״ט ור״ל מה לחובל שכן הותר מכללו שאעפי שיתן מלקות מ' אינו חייב כלום לפי שכשנותן הותר·ואינו מרגיש כלל אם נותן מ' או ל״ט וזה אינו כלל שמי שנותן המלקות נותנו בכונה ויודע כמה הוו· מהחכם מורי נר״ו·

מדבר שהוקש לשתי מדות ואתה נותן לו כח יפה שבשתיהן כיצד צדיק כתמר יפרח· יכול כשם שהתמר אין לו צל ואין עושין ממנו כלים כך הצדיקים ת״ל כארז מה ארז יש לו צל ועושין ממנו כלים אף הצדיק כן אי מה ארז אינו עושה פירות הצדיקים כך תלמוד לומר כתמר והתמר עושה פרי·

מדבר שחבירו מוכיח עליו כיצד מתן בסתר יכפה אף וכו' כיוצא בו אני יי' הוא שמי וכבודי לאחר לא אתן ותהלתי וכו' משמע ולא תהלתי לפסילים·

quì plagas infligunt.& quandoquidem iſti nihil luunt;ego etiam de reliquis vitiantibus proferam, eos pecuniam ſolvere,non plagas luere. Atque hoc eſt illud.A genere ſuo excipitur.Nec hoc ſibi vult,quemadmodum exiſtimant multi, ut *Quid hoc ad eum qui proximum vitiat* &c. dicatur quia ratum eſt penes nos, Deut. 25. 3. interdici, ne pergant cædere eum plagis, niſi 39. ut hujus dicti, Quid hoc ad vitiantem: quum etiam à genere ſuo excipiatur?ſenſus ſit;quod etſi 40 plagas infligat, nihil debeat;quia dum infligit liber eſt,ſiquidē omninò non ſentit, an 40, an vero 39 infligat. Hoc omninò non admittendum: nam qui plagas infligit,cum intentione infligit, quotque ſint cognoſcit. Hæc à Sapiente Domino meo, quem ſervet miſericors & redimat.

Ex eo quod ad duos modos æqualiter ſe habet, cuique tu vim, qua in ambobus præſtat, attribuis, quî? Pſal. 92. 13. *Iuſtus ut palma germinabit*. Dici poterat, Quemadmodum palma umbram non facit, neque ex ea vaſa conficiunt; ſimiliter ſe habent juſti. Doctrinam proponendam ſuppeditat, *ut cedrus*: ut cedrus umbram facit, indeque vaſa conficiunt; talis eſt juſtus.Si dicas,Quemadmodum cedrus fructus non profert, ſic juſti; doctrinam ſuppeditat,*ut palma* nam palma fructum fert.

Ex eo quod à compari ſive ex adjuncto arguitur, quomodo? Prov. 21. 14. *Donum in abdito evertit iram* &c. Huic ſimile Eſa. 42. 8. *Ego ſum Iehova, hoc eſt nomen meum; & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam* &c. ſenſus eſt, nec laudem meam ſculptilibus.

Ex eo

מדבר שהוא מוכיח על חבירו כיצד קול יי' יחיל מדבר יחיל יי' מדבר קדש ׃ וכי מדבר קדש חל לבדו והלא כל המדברות חלו א״כ למה נאמר אילות מפני שהן קלות בריצה וראיה לדבר משוה רגלי כאילות ׃

מדבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על עצמו כיצד וישלח יהושע בן נון וכו' ראו את הארץ ואת יריחו ויריחו בכלל הארץ היתה ולמה יצתה מן הכלל ללמד שהיא שקולה כנגד כל הארץ ׃

מדבר שהיה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על חברו כיצד ולא תקחו כופר לנפש רוצח אשר הוא רשע למות והלא הריגת רוצח בכלל כל העונשין היתה שנאמר כאשר עשה כן יעשה לו ולמה יצאה ללמד על שאר העונשין ומה היא מלמדת עליהן לרוצח אין לוקחין כופר אבל לוקחין לשן ועין ושאר חבלות ׃

ממשל כיצד הלוך הלכו העצים למשוח עליהם מלך ואין זה כי אם משל לישראל שאמרו לעתניאל ולדבורה ולגדעון שימלכו עליהם ׃

מנין שדורשין ממעל בהגדה שנאמר

Ex eo quod adjunctum ſuum arguit, quî? Pſal. 29. ✡ſ. 8. *Vox Iehovæ trepidare facit deſertum, trepidare facit Iehova deſertum Kadeſchi.* Quid? deſertum Kadeſchi tantum trepidat? annon omnia deſerta trepidant? Si ita eſt, quare dicitur ✡ſ. 9. *cervæ?* Quia ſunt curſu veloces. Hujus rei argumentum Habac. 3. 18. *Diſponit pedes meos tanquam cervarum.*

Ex eo quod in genere contentum, ſeorſum ab eo repetitur, ut de ſe aliquid doceat, quomodo? Joſ. 2. ✡ſ. 1. *Miſerat autem Ioſua filius Nunis &c. inſpicite terram iſtam & Ierichuntem.* At Jericho in complexu terræ continetur: quare ergo ſeorſum à toto repetitur? Ad docendum iſtam urbem *ἰσοῤῥοπεῖν* univerſæ terræ.

Ex eo quod in genere contentum, ab eo ſeorſum collocatur, ut de compari aliquid doceat, quî? Num. 35. ✡ſ. 31. *Et ne accipitote redemptionis pretium pro ullo occiſore, qui ſons ſit dignus morte.* Annon capitale occiſoris ſupplicium ſub genere omnium pœnarum continetur, quum dicitur Lev. 24. 19. *Quemadmodum fecit, ſic fiat ei?* quare igitur ſeorſum ponitur? Ad docendum de reliquis pœnis. Quid de ipſis docet? Pro occiſore quidem non accipi redemptionis pretium; ſed pretium accipi pro dente & oculo, reliquiſque illatis vitiis.

E parabola, quomodo? Jud. 9. 8. *Aliquando iverunt arbores ut ungerent ſibi regem.* quæ nonniſi parabola eſt, deſignans Iſraëlitas: qui Otnieli, Deboræ, & Gideoni dixerunt, ut ſibi imperarent.

Vnde hoc, quod textum *ex antecedenti ſive ſuperiori* exponunt in populari ſermone? Quia dicitur 2 Reg. 10. 30.

ויאמר A a

ואמר יי' אל יהוא יען אשר הטיבות לעשות הישר ובלבי עשית וכו' בנים רבעים כנגד ארבעה דורות שעמדה מלכות אחאב ונקרעה על ידו ואלו הן עמרי ואחאב ויורם ובניו ומנין שהיו לו בנים ליורם שנאמר ונרד לשלום בני המלך ובני הגבירה ·

ומנין שדורשין מכנגד באגדה שנאמר במספר הימים וכו' כיוצא בו ומשא יי' תאמרו לכן הנני ונשאתי אתכם נשוא וכן הוא אומר ותאמרו לא כי על סוס ננוס על כן תנוסון כלם בלשון שחטאו בו נדונו ·

ומנין שדורשין גימטריא בהגדה אם לחשבון הרי כבר נאמר יח ושלש מאות דעולה למנין אליעזר ואם לתמורת האותיות הרי כבר נאמר לב קמי בחלוף אותיות כשדים ·

ומנין שדורשים נוטריקון באגדה תלמוד לומר אברהם אב המון גוים כרמל רך מל דבר שהוא רך ונמלל ביד · והוא קללני קללה נמרצת · נואף מואבי רוצח צורר תועבה ׃

Dixit autem Iehova ad Iehu, eò quòd bene feciſti quod rectum videtur in oculis meis, & quod erat in animo meo feciſti &c. *abnepotes tui.* Hi reſpondent quatuor generationibus, quibus poſtquam regnum Achabi ſtetiſſet, illius opera exciſum fuit. iſtæ ſunt, Omri, Achabi. Jorami, ejuſque filiorum. Sed unde conſtat, Joramum habuiſſe liberos? Ex eo quod dicatur 2 Reg. 10. 13. *Deſcendimus autem ad ſalutandum filios Regis & filios Auguſtæ.*

Vnde etiam, quod in populari ſermone rem *à pari* enarrant? Ex eo quod dicatur Num. 14. 34. *pro numero dierum* &c. Huic ſimile exſtat Jerem. 23. 38. 39. *Et oneroſam prophetiam Iehovæ dicitis ... Idcirco ecce me, qui obliturus ſum veſtri adeo ut onus feratis.* Sic idem inquit Eſa. 30. 16. *Sed dicitis, nequaquam, nam inſidentes equo fugiemus; ideo fugietis* omnes. Quo ſermone peccarunt, eodem judicati fuere.

Vnde, quod *adhibent* in ſermone populari *formulam qua literæ expenduntur?* Si numerum iis deſignatum ſpectes; ecce jam olim dictum eſt, numerum trecentorum & octodecim aſſurgere è voce Eliezer: ſi verò literarum permutationem, ecce jam olim obſervatum fuit, Hebræa quibus Jer. 51. 1. ſignificatur, *Cor inſurgentium in me*, per literarum permutationem denotare Chaldæos.

Vnde habent, quod in expoſitione populari *adhibeant formulam qua literæ fermè pro vocibus accipiuntur?* Doctrinam hanc ſuppeditat Gen. 17. 5. *Abraham ... pater multitudinis gentium.* Sic Carmel, veluti *rach mal*, id eſt, res quæ tenera eſt & manu teritur. Item 1 Reg. 2. 8. *Et is maledixit mihi maledictione acerrima.* Hebr. *Nimretſet*, quaſi dicas, adulter, Moabita, homicida, hoſtis, abominatio.

Ita

וירט יראה ראתה נטתה·

מוקדם ומאוחר שהוא בענין אחד · כיצד ונר אלהים טרם יכבה ושמואל שוכב בהיכל ה' והלא אין ישיבה בהיכל ה' וכ"ש שכיבה ואפי' בעזרה אין ישיבה אלא למלכי בית דוד שנאמר ויבוא המלך דוד וישב בהיכל ה' ומה ת"ל שוכב אלא מוקדם הוא ונר אלהים טרם יכבה בהיכל ה' ושמואל שוכב·

דין אם למקרא ודין אם למסורת פי' אם למקרא שעושין עיקר ואם מהקריאה לדרוש כפי הדיבור הקרוי ואם למסורת פי' לדרוש עם הכתב · ופלוגתא היא בכל דוכתא כגן בפרק כיצד צולין גבי בבית אחד יאכל רבי יהודה סבר יש אם למסורת ויאכל כתיב ולאוכל קא מזהיר רחמנא שלא יאכל אותו אלא במקום אחד ולא בב' ור"ש סבר יש אם למקרא ויאכל קרי ועל הפסח קא מזהיר שיאכל בחבורה אחת ולא בשתי חבורות אבל חבורה אחת בב' מקומות רשאי' ודכוותה בפ"ק דסוכה סוכות סוכת רבנן סברי יש אם למסורת וכיון

Ita Num. 22. 32. vox Hebr. ſignificans *divertit* æquivalet verbis, *metuit*, *vidit*, *declinavit*.

Ex præpoſito & poſtpoſito quod in eadem re occurrit, quî? 1 Sam. 3. ℣ſ. 3. *Et quum nondum lucerna Dei exſtingueretur Samuel cubabat, in templo Iehovæ.* At nonne illicitum erat ſedere in templo Dei? quanto magis cubare? Quin etiam in atrio ſedere non licebat, niſi regibus familiæ Davidis: nam dicitur 2 Sam. 7. 18. *Et ingreſſus eſt rex David, & ſedit (coram Iova)* id eſt, in templo Jovæ. Quid ergo ſibi vult *cubabat*; niſi quod præpoſitum fuerit? quaſi dicas, Et quum nondum lucerna Dei exſtingueretur in templo Jovæ; Samuel cubabat.

(Sequitur) arguendi modus, quo *principium ſtatuitur in lectione*; *vel traditio cenſetur principium*. Exponitur *principium in lectione*, quod radicem & principium in lectione collocent, ut exponatur ſecundum verba lecta. *Principium in traditione*, hunc habet ſenſum, ut expoſitio fiat ſecundum ſcripturam. Vnde paſſim controverſia naſcitur: ut exempli gratia capite, *Quomodo aſſant*, ad verba Exod. 12. 46. *In una domo comedetur.* Doctor Judas opinatur principium eſſe traditionis, ſcribi enim *comedet*: adeoque edentem commoneri à Miſericorde, ne illud niſi uno loco edat; non autem duobus. At D. Simeon exiſtimat in lectione eſſe fundamentum, legi enim *comedetur*: adeoque de paſchate monere Deum, ut uno in cœtu edatur; non verò duobus cœtibus: verum cœtui uno licitum eſſe, ut duobus locis edat. Huic ſimile exſtat cap. 1. Cod. סוכה è Levit. 23. *Tuguria*, *Tugurium*. Hic magiſtri cenſuerunt, expoſitionis fundamentum eſſe in traditione, quandoquidem

שנכתבו ב' חסרים וא' מלא דרשינן להו למנין הדפנות בסוכה אחת ׃ ור"ש סבר יש אם למקרא וכו' כדאיתא התם ויש לשאול דר"ש דקאמר יש אם למקרא הוא גופיה קא דריש בפ"ק דקדושין מקרא ומסו' ביחד גבי בבגדו בה דדריש לשון בגידה ובגד והיינו מקרא ומסורת כדמפרש התם לכך אומר רש"י לשם דהיכא דיש לקיים שניהם דורשים מקרא ומסורת לכ"ע דלא לחנם נכתבו כי ההיא דקדושין אבל היכא דמכחישי להדדי ואי איתיה להאי ליתיה לחאי בהא פליגי· מר סבר מקרא עיקר ומר סבר מסורת עיקר וההוא דסוכה מכחישין· הם אם ג' דפנות הכשרת לא תדרוש מקרא ואם תפסול לא תדרוש מסורת ׃ ויש עוד דקדוק דברים בתוספות פ"ק דסוכה עיין שם וכאן אין מקום להאריך ·

דין שני כתובים הבאין כאחד ומלמדין ׃ פלוגתא היא בטלית גמר' איכא מ"ד אין מלמדין ואיכא מ"ד מלמדין אבל ג' כתובים הבאין כאחד דמצי גמיר חד מחבריה בבנין אב כלו'

ergo vox iſta bis defectivè & ſemel plenè ſcribitur, ipſas enarramus pro laterum numero in uno tugurio. At D.S. opinatur in lectione eſſe fundamentum &c. quæ ibi ſequuntur. Sed quæſtio inſtitui poteſt: nam D. Simeon qui ſtatuit lectionem eſſe præcipuam, idem ipſe in exponendo adhibet cap. 1. קדושין lectionem & traditionem ſimul, ad verba Exod. 21. 8. *perfide agendo cum ea.* quæ (verba in Hebr. textu) exponit cum iſta perfidè agendi, tum veſtimenti ſignificatione; quibus lectionem & traditionem complectitur: ſicuti ibidem explicatur. Ideoque ait D. S. J. eodem loco: quod ubicunque ambas ſtatuere licet; exponant lectionem & traditionem, fatentibus id omnibus; quia fruſtra conſcriptæ non ſunt: ut in illo Cod. קדושין. ſed ubi ſibi invicem contradicunt, & ſi textus ſecundū hanc (exponatur;) ſecundum illam nequeat, tum diſſentiant: & hic Magiſter lectionem præcipuam cenſeat; alter verò traditionem præcipuam judicet. In illo autem Codicis סוכה ſecum invicem pugnant: nam ſi tria latera approbes, lectionem non expones; ſi verò improbes, non expones traditionem. Eſt præterea aliarum rerum accurata conſideratio in additamentis cap. 1. סוכה: videas iſtic; hic non eſt protrahendi locus.

Modus, quo *duo ſcripta S. eòdem recidentia aliud docent*. Controverſia hîc eſt, per totam Gemaram. quidam dicit, Aliud non docent; alter dicit, Docent: ſed tria ſcripta quæ eodem recidunt, quorum unum ex altero omninò addiſci poteſt per *conſtitutionem principii*, (aliud non docent.) quaſi dicas, Miſeri-

דליכתוב רחמנא חד מנהו ולגמור
אידך מני' ומדאצטריך למכתב
תרוייהו גלי לך קרא דדוקא הני
אבל אחריני לא · שלכך טרח
וכתב את שניהם הילכך אין
מלמדין פי' לעלמא · וב' מלמדים
סל' דאע״ג דאתיא חד מחבריה
מ״מ · מילתא דאתיא בבנין אב
טרח וכתב לה קרא כמ״ש ברי״ש
קדושין גבי ק״ו מילתא דאתיא
בק״ו טרח וכתב לה קרא הילכך
שפיר אל' דמלמדין · אבל ג'
כתובים הבאין כאחד דכל האי
לא טרח קרא לדברי הכל אין
מלמדין דודאי גלי לך קרא כהני
ג' לאפוקי כולהו אחריני בעלמא
כך הטעם בכריתות · ויש לך
לדעת דאין צורך דאיזה משניהם
יהיה מיותר ונמיד מחבריה אלא
אפילו א' לבד מיותר והא' צריך
ואין יכול ללמוד מחבירו אפ״ה
שפיר חשיב שני כתובין הבאין
כאחד כשום דסוף סוף ליכתוב
הצריך וליתי חבריה מניה והכי
מוכח בפרק שני דקדושין גבי
המקדש בשלה וכלאי הכרם
דקתני מכרן וקדש בדמיהן מ
מקודשת ופריך בגמרא ולילף
מע״א דתופסת דמיא וכו' ·

Miſericordem eorum unum ſcribere potuiſſe, adeoque illa ab hoc perdiſcenda; quia a.neceſſe fuit inſuper ambo ſcribere, patefeciſſe tibi Scripturam, præciſe iſta intelligenda, non item alia: nam ideo cum labore duo iſta ſcripta fuiſſe: ideoque aliud inde non addiſci, nimirum ne unum quidē. Verum duo aliud docere iſti N. videntur: quia licet alterum è compari ſuo fluat; nihilo ſecius id quod per *conſtitutionem principii* promanat, cum moleſtia conſignavit Scriptura. Quemadmodum dicitur initio קדושין, ubi occurrit argumentum ab impari, Id quod argumento ab impari conſtat, cum moleſtia conſignavit Scriptura: itaque concinnum eſſe ut aliud doceant, illi reſpondit. At tria ſcripta quæ eodem recidunt (Scriptura enim adeo non laborat omnium conſenſu) aliud non docent: manifeſtè enim tibi Scriptura patefacit tribus iſtis, omnia alia quæ ullibi reperiuntur, excludenda. Hujuſmodi ratio in libro כריתות. Scias autem oportet, neceſſe non eſſe ut unumquodque ex ambobus iſtis ſuperfluum ſit, & ex compari ſuo perdiſcatur; ſed etiamſi unum tantum ſit ſuperfluum, alterum verò neceſſarium, quod è compari addiſci nequeat; etiam eo modo concinnè cenſeri duo ſcripta eodem recidentia. Etenim huc tandem res evadet, ſcribendum fuiſſe neceſſarium, & compar ejus ex eo deducendum. Ita arguitur cap. 2. קדושי' ad verba, Deſponſans arborum præputio & heterogeneis vineę. Vbi legitur, Si quis ea vendiderit & deſponſaverit pretio ipſorum. deſponſata cenſetur: & in Gemara objicitur, At diſci hoc poterat ex idololatria quæ pretia retinet, &c.

verum reſpondetur, Quia hoc de idololatria & illud de anni ſeptimi proventu ſunt duo ſcripta eodem recidentia, quæ aliud non docent. quaſi dicas, ex eo quod patefecit Miſericors in idololatria & anni ſeptimi proventu, concluderetur quod in omnibus interdictis legalibus pretia ſint licita. At quamvis illud de anni ſeptimi proventu nō diſcatur ex idololatriæ conditione (quia objici poſſet, Quid huic cum idololatria, ubi etiam interdictum eſt lucrum?) nihilominus quandoquidem iſtud de idololatria diſcitur ex anni ſeptimi proventu, cenſentur duo ſcripta quæ eodem recidunt. Atque ita loquitur Gemara manifeſte illo loco cap. I. ad verba, *jurgium & cœtus:* quod etiam in iſtiuſmodi reputentur duo ſcripta quæ eodem recidunt.

Modus, quo *prius & poſterius in lege non eſſe ſtatuitur:* nimirum in duabus ſectionibus. ſed in una ſectione agnoſcitur prius, ut & poſterius. Etenim ni ita eſſet, Generale cum ſequenti ſpeciali eſſet forte Speciale cum ſequenti generali: viciſſim Speciale cum ſequenti generali eſſet forte Generale cum ſequenti ſpeciali. Verum manifeſtè ita eſt, uti diximus. Sic etiam concluditur in Gemara Cod. זבחים: idque quemadmodum ſupra diximus in argumento *Generale cum ſpeciali.*

Modus (ſequitur) quo *confunduntur ſectiones.* Senſus eſt, Textum, qui eſt alterius ſectionis, & hic commiſcetur, ubi locum non habet, hinc extirpant & loco proprio collocant. Vt dicitur c. *Rapiens* Cod. Babæ primæ, ad verba, Ecce quod dicit D. Johannes, Qui arguitur furti in depoſito, non tenetur donec de parte fateatur.

ומשני משום דהוי ע״א ושביעית שני כתובים הבאים כאחד ואין מלמדין כלומר מתלי רחמנא בע״א ושביעית מכלל דבכל איסורין שבתורה הדמים מותרים ואע״ג דשביעית לא יליף מע״א דאיכא למיפרך מה לע״א שכן אסורה בהנאה אפ״ה כיון דע״א יליף משביעית השיב שני כתובים הבאים כאחד וכן אומר הגמרא בהדיא התם פ״ק גבי מצה והקהל דאפילו בכה״ג חשיב שני כתובים הבאים כאחד·

דין אין מוקדם ומאוחר בתורה דוקא בב' פרשיו' אבל בחד פרשה יש מוקדם ויש מאוחר דאל״כ כלל ופרט דילמא פרט וכלל הוא ופרט וכלל דילמא כלל ופרט הוא אלא ודאי כדאמרן והכי מסיק בגמרא זבחים וכמ״ש למעלה בדיני כלל ופרט·

דין עירוב פרשיות י פי' פסוק שהוא מפרשה אחרת ונתערב בכאן שאינו מקומו עוקרין אותו מזו ונותנין אותו במקומו כדקאמר בפרק הגוזל קמא גבי הא דאמר רבי יוחנן הטוען טענת גנב בפקדון אינו חייב עד שיודה

במקצת ופליגא דרבי חייא ברבי יוסף דאמר עירוב פרשיות כתוב כאן דכי כתוב כי הוא זה אלודת הוא דכתיב פי' האי קרא דאשר יאמר כי הוא זה והיינו מודה במקצת הל' למכתביה באם כסף תלוה דהתם קאי כדמפרש טעמא התם ואלו הך פרשה דפקדון בלא הודה במקצת נמי חייב וזו דעת רש"י בעירוב פרשיות ואחרים פירשו דדין עירוב פרשיות אינו עוקר לגמרי הפסוק מהפרשה שנכתב בה דא"כ אין זה עירוב פרשיו' כי אם עיקור פרשיות אלא ר"ל דקאי הכא והכא· והיינו עירוב פרשיות שמערב הפרשיות ועומד בשניהם·

דין גורעין ומוסיפין פי' דאות כתובה בתיבה שגורעין אותה מתיבה זו ומוסיפי' אותה בתיבה אחרת ודורשין הכתוב בכך כי הא דפ' יש נוחלין גבי ונתתם את נחלתו לשארו דדריש הכי ונתתם את נחלת שארו לו מלמד שהבעל יורש את אשתו· כלומר גורעין ואו מה' דנחלתו ומוסיפין על למד דלשארו ודורשין וו' למד לו· והוה ליה ו ונתתם את נחלת שארו לו

tur. Et diſcrepat quod Doctor Hija dicit, f. Doctoris Joſephi: qui confuſionem ſectionum hic eſſe ait; nam quum ſcribitur Exod. 22.9. *quod illud ſit* (potius *illum ipſum eſſe*) de eo qui mutuatus eſt ſcriptum eſſe. Senſus eſt, iſtum paragraphum Exod 22. *qui dixerit illud eſſe*, (qui eſt ille partem confitens) ſcribi debuiſſe ubi Exod. 22.25. legimus, *Si pecuniam mutuaveris*, quod eò referatur; quemadmodum illic ratio exponitur. & ecce in iſta de depoſito ſectione, reus quamvis de parte non fateatur, etiam tenetur. Hæc eſt D. S. J. ſententia de confuſione ſectionum. Alii ſic enarrant modum, quo ſectiones confunduntur: eo non omninò textum extirpari è ſectione in qua ſcribitur: quia ſi ita eſſet, non foret ſectionum confuſio; ſed extirpatio. verum hunc eſſe ſenſum, quod huc & illuc textus referatur: atque iſtum modum eſſe ſectionum mixtionem, quo miſcentur ſectiones, & textus in ipſis ambabus locum habet.

Modus, quo *auferunt & addunt*. Senſus eſt, quod cum ſcripta eſt litera in voce quadam, eam auferunt ex hac voce, & in alia voce eandem addunt; adeoque textum ſic exponunt. Sicut illud cap. *Sunt qui poſſeſſores fiunt*, ad verba Num. 27. 11. *tunc tradetis poſſeſſionem ejus neceſſario ejus*. Quod ita enarratur, tum tradetis poſſeſſionem neceſſarii ejus ei: ut doceatur, maritum uxoris hæredem eſſe. quaſi dicas, auferri *vau* ex נחלתו *poſſeſſionem ejus*, addique ipſi *lamed* vocis לשארו *neceſſario ejus*, atque exponi vau & lamed לו *ei*: adeo ut fiat, Tum tradetis poſſeſſionem neceſſarii ejus (ſive carnis ejus) ei. Ita

וכן

paſſim. Verum hoc ſtrictè ita accipiendum, ut in vocis principio aut fine ſit, quod auferunt & addunt; ſed non in medio. Quemadmodum dicit D. S. J. capite *Aurum*, ubi de conſecrato, quum citatur Lev. 27. 11. *& addet quintam pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam.* dicit inquam, quod ubi ſumis *vau* ex Hebr. *& addet*, idque adjicis ad *quintam*; inde exurgit *quintam ejus.* Amplius ſcribit D. S. J. Quod verò non adjicimus *vau* Hebraicorum *& addet* voci *quintam*, inter duas ultimas literas, ut inde exurgat *quintas*, quaſi dicas, quintas multas; id fit quia in medio vocis nunquam addunt, ſed ipſius initio aut fine: verum in medio uti eſt, ita manet. Atque inſuper D. S. J. in demonſtratione prolixus eſt: vide locum in commentario. Nec quadrat ut in hujuſmodi objiciamus, Culter acutus diſſecat ipſos paragraphos; uti paſſim in enarrando dicitur: quia non vocatur diſſectio, niſi præciſè in vocibus, quò hæc vox illi præponatur; ſed in literis non eſt diſſectio. Quemadmodum illic dicunt initio, ad hunc paragraphum Num. 27. 11. *Tum tradetis poſſeſſionem ejus.* ubi Abæus ſolutionem apponere cogitans, ſic diſponit, Tum tradetis poſſeſſionem ejus ei qui proximus eſt neceſſario ejus, & poſſidebit eam. Cui regerit Rabba, Culterne acutus diſſecat ipſos paragraphos? ſenſus eſt, Culterne acutus ſecat & diſcindit Scripturam? & facit *neceſſarium ejus* qui præcedit, ſequi; *& propinquum ejus* qui ſequitur, præcedere facit? Ita ſimilia omnia paſſim. Eſt etiam Doctor Miſnicus, qui in exponendo non adhibet modum, quo

וכן בכל דוכתא ודוקא בריש התיבא או בסופה הוא דגורעין ומוסיפין אבל באמצע לא · כמ״ש רש״י בפרק הזהב גבי הקדש כתיב ויסף חמישית כסף ערכך עליו דכי שקלת ו׳ דויסף ושדית ליה אחמישית ה״ל חמישיתו וכתב רש״י הא דלא שדית׳ ו׳ דויסף אחמישית בין יוד לתיו והות ליה חמישיו׳ כלומר חמישיות הרבה משום דבאמצע התיבה לעולם אין מוסיפין אלא בראשה או בסופה אבל באמצע כדקאי קאי · ועוד האריך רש״י בראיה עיין שם בפי׳ ולא שייך למיפרך בכה״ג סכינא חריפ׳ מ מפסקינהו לקראי כדפריש בכל דוכת׳ משום דלא מיקרי׳ הפסקה אלא דוקא בתיבות להקדים תיבה זו לזו אבל באותיות לא הוי הפסק כדאמרי׳ התם מ מעיקרא גבי הך קרא ונתתם את נחלתו דסבר אביי למימר תירוץ ואומר הכי ונתת׳ את נחלתו לקרוב אל שארו וירש אותה ואמר ליה רבה סכינא חריפה מפסקינהו לקראי פי׳ סכין חד חותך ומפסיק ה הכתוב ועושה שארו המוקדם מאוחר והקרוב אליו המאוחר עושהו מוקדם וכן כל כה״ג בכל דוכתא ואית תנא דלא דריש

auferunt

גורעין ומוסיפין כדאיתא התם ׃

דין סרוס המקרא בכולית הוכתא אמרינן סרס המקרא ודורשהו כמו עת לעשות ליי' הפרו תורתך דרשי' הפרו תורתך משו' דעת לעשות ליי' וכה״ג ·

דין מקרא נדרש לפניו או לפני פניו פלוגתא היא בפרק במה מדליקין גבי בעון ביטול תורה בנים מתים וי״א בעון מזוזה ׃ ופלוגתייהו במקרא נדרש לפניו ולא לפני פניו ׃ פי' קרא דלמען ירבו ימיכם נדרש לפני פניו ואקרא דלקמיה קאי דמשתעי בדברי תורה דכתיב ולמדתם אותם את בניכם ׃ ומ״ד בעון מזוזה קסבר מקרא נדרש לפניו ולפני פניו ודכוותיה במציעא פרק השואל גבי וכי ישאל וכן בכל הוכתא ׃ וכן יש דעות רבות אם המקרא נדרש לאחריו או אין נדרש לאחריו בפרק כ״ד דמנחות יעוין שם בגמרא ·

דין דורשין תחלות פלוגתא היא דתנאי ׃ איכא מ״ד אין דורשין תחלות ׃ ואיכ' מ״ד דורשין פי' תחלות המקרא הראשון דאמרינן לגופיה איצטריך ולא לדרשא כגון

auferunt & addunt: ſicuti illic habetur.

De modo invertendi Scripturam paſſim ita loquimur, *Inverte Scripturam & expone eam.* Vt illud Pſal 119. 126. *Tempus eſt colendi Deum, irritam faciunt legem tuam*; ſic enarramus, Irritam faciunt legem tuam, quia norunt tempus eſſe colendi Deum. (ſc. præter ordinem.) Sic ſimilia.

Modus, quo *Scriptura ex antecedentibus, & antecedentium antecedentibus exponitur*, controverſiam parit capite, *Quo accendunt?* ubi legimus, Ob iniquitatem omittendi legem moriuntur liberi; alii dicunt, ob iniquitatem circa poſtes. Et eorum diſcrepantia in eo eſt, quod Scriptura exponatur ex antecedenti; non antecedentis antecedenti. Senſus eſt: paragraphus Deut. 11. 21. *ut multiplicentur dies veſtri*, ex antecedentis antecedenti exponitur, & ad Scripturam priorem refertur, quæ agit de verbis legis, quum ſcribitur v̈ſ. 19. *& docebitis ea filios veſtros.* ſed qui dicit, *ob iniquitatem circa poſtes*, Scripturam ex antecedenti, aut antecedentis antecedente exponi opinatur. Simile occurrit in Baba media, capite *Commodato accipiens*, ad verba, *Et quum commodatò accipit.* Ita paſſim. Sic variæ ſunt opiniones, an Scriptura è ſequentibus exponenda; an verò non exponatur è ſequentibus, c. 24. מנחות. Conſulatur ibi Gemara.

Modus, quo *in ſubtili indagine, prima attendunt*, controverſus eſt apud Doctores Miſnicos. Eſt qui aſſerit, prima in ſubtili indagine negligi; eſt etiam qui affirmat, in indagine ad prima attendi. Exponitur *prima* de prima Scriptura: de qua dicimus, Pro ſe ipſa requiritur; non verò ad ſubtilem indaginem. Quemadmodum

בריש סנהדרין ונקרב בעל הבית אל האלהים עד האלהים אשר ירשיעון אלהים הרי כאן ג' ואיכא למדרשינהו כולהו התם למניינא ואסיק דאין דורשין תחלות כלומר המקרא הראשון משום דלגופיה איצטריך ולא למניינא וכן כל כה״ג׃

דין ריבוי אחר ריבוי ומיעוט אחר מיעוט בכל דוכתא אמרינן אין ריבוי אחר ריבוי אלא למעט ואין מיעוט אחר מיעוט אלא לרבות · ודין זה צ״ע דבכמה דוכתין אשכחן מיעוט אחר מיעוט ודריש כולהו למעט כגון הך דקאמרינן מן הבהמה מן הבקר ומן הצאן ׃ מן הבהמה להוציא את הנעבד · מן הבקר להוציא את המוקצה ומן הצאן להוציא רובע ונרבע וכיוצא בו בכמה דוכתי' וכן ריבוי אחר ריבוי דריש להו בברייתא דרבי אליעזר ברבי יוסי הגלילי כמ״ש למעלה ׃ לכך יש מי שאומ' דכי אמרינן אין ריבוי אחר ריבוי אלא למעט ואין מיעוט אחר מיעוט אלא לרבות · דוקא שאין לנו לדרוש ולקיים הריבויי' או המיעוטי' דאז אמרינן ודאי שהכתוב הפליג בריבויי'

initio Sanedrin. Quum dicitur Ex. 22. 8. 9. *Tunc ſiſtetur dominus illius domus coram ipſis magiſtratibus ... ad ipſos magiſtratus ... quem condemnabunt magiſtratus.* Ecce hic tria: & poſſunt in ſubtili enarratione omnia iſta illic ad numerum referri; ſed concluditur, non attendi ad prima verba. quaſi dicas, prima Scriptura, quia pro ſe ipſa eſt neceſſaria, ad numerum non pertinet. Ita ſimilia omnia.

De arguendi modo, *Auxeſis poſt auxeſin, & diminutio poſt diminutionem*; poſſim dicere ſolemus, Non eſt augmentum poſt augmentum niſi ad minuendum; nec eſt diminutio poſt diminutionem niſi ad augendum. Qui modus conſideratione opus habet: nam multis locis invenimus diminutionem poſt diminutionem, ubi totum illud in exponendo ad minuendum refertur. Vti in hoc, quum dicimus ad Levit. 1. 2. *ex jumentis, ex bobus, ex ovibus ſive capris:* illud *ex jumentis* ad excludendum quod ad idololatriam fuit adhibitum; iſtud *ex bobus*, ad excludendum quod idololatriæ deſtinatum fuit; hoc *ex ovibus ſive è capris*, ad excludendum quæ nefariè coierunt. & ſimilia paſſim. Ita etiam augmentum poſt augmentum exponitur in exoticis Doctoris Eliezeris f. Doct. Joſis Galilæi; uti dictum fuit ſupra. Quocirca eſt qui aſſerit, quod cum dicimus augmentum poſt augmentum nonniſi ad diminuendum facere; pariterque diminutionem poſt diminutionem nonniſi ad augendum, id præciſe accipiendum, quum non poſſumus exponere & ſtatuere augmenta & diminutiones ipſas: tum enim nos palam aſſeverare, Scripturam hyperbolen in augmentis adhi-

לרמוז שיש בדבר מיעוט והפליג במיעוטין לרמוז שיש בדבר ריבוי · אבל היכא דאיפשר לדרוש ולקיים הריבויי' או המיעוטי' דרשינן להו ומוקמינן להו אדיתייהו ר"ל הריבויי' לרבות והמיעוטי' למעט כאותן שכתבתי ויש להוסיף בכאן דיש לומר דכשאמרינן אין ריבוי אחר ריבוי אלא למעט או איפכ' דאם הכונה היתה כשאו' רבויין למעט הלל מיעוט אחד וסגיא ליה או איפכא במיעוט אחר מיעוט ועוד איך נראה בריבויין דאתו למעוטי ובמיעוטין דאתו לרבויי י"ל דכשאומר מיעוט אחר מיעוט הוא מרבה בזה האופן המיעוט הראשון שאומר במשל ממעט ארבעת אנשים מפעולה אחת חוזר המיעוט השני וממעט השנים מהם אם כן הוא מרבה האחרים שיעשו הפעלה הנזכרת וכן בריבוי אחר ריבוי הראשון משמע רבוי כללי בא הרבוי הב' לומר וזה הרבוי אינו משמע כללי אלא פרטי במה שמרבה ולא בדבר זולתו כך נ"ל ·

דין פרשה שנאמרה ונשנית

ק"ל כל פרשה שנאמרה ונשנית לא נשנית אלא בשביל דבר שנתחדש בה פוק ותשכח ·

adhibere, quò in re ipſa diminutionem eſſe innuat; pariterque in diminutionibus, quò innuat in re ipſa augmentum latere. ſed ubi poſſibile eſt exponere & ſtatuere augmenta aut diminutiones, nos exponere & ſtatuere ipſa ſecundum eorum rationes; id eſt augmenta ad augendum, & diminutiones ad diminuendum: ut illa quæ ſcripſi. Hic addi poteſt, quod dici queat, cum aſſerimus augmentum poſt augmentum nonniſi ad minuendum facere; aut vice verſa: ſi intentio eſſet quum augmenta ponuntur, minuere; debere autorem proferre diminutionem unam, eamque ei ſufficere; aut contra in diminutione poſt diminutionem. Præterea, quî probabile eſt in augmentis, ea ad minuendum venire? & in diminutionibus, eas ad augendum procedere? Reſponderi poteſt: quum autor profert diminutionem poſt diminutionem, eum hoc modo primam quam dixerat diminutionem augere. Exempli gratia: cum excluſit quatuor homines ab una actione, redit ſecunda diminutio & eorum duos excludit. quum hoc fit, auget reliquos qui patrabunt actionẽ commemoratam. Similiter in augmento: poſt augmentum prius, nimirum augmentum generale, venit augmentum ſecundum: ut indicetur, quod augmentum hoc non cenſeatur generale; ſed ſpeciale, in eo quod auget ſubſiſtens, non verò in ullo alio. Ita mihi videtur.

De modo, quo *ſectio propoſita mutatur*, ſtatutum nobis eſt, Omnis ſectio quæ proponitur & mutatur, non mutatur niſi ob id quod in ipſa innovatur. Progredere & invenies.

Modus diſtinctionum. Multæ ſunt in lege diſtinctiones, à ſe invicem differentes: ne res vel ſectiones commiſceantur. Plurimæ autem diſtinctiones ſunt per interſtitium, quod inter ſectiones, vel res ipſas intercedit. ſunt etiam diſtinctiones, quibus interſtitium non ſufficit; ſed verſus ſuperfluus inſeritur, ut magis diſtinguat cum interſtitio, ne ſectiones confundantur. Quemadmodum ſub finem ſectionis *Phineas* Num. 30. 1. ubi ſcriptum, *Hæc retulit Moſes ad filios Iſraelis; ſecundum omnia quæ præceperat Iehova.* Hic verſus ſcriptus fuit ad diſtinguendum inter votiva altaris, de quibus antea ſcriptum erat c. 29. 39. *votiva veſtra & voluntariæ oblationes veſtræ*; & votiva interdicti, de quibus poſtea ſcribitur in ſectione, *Primores tribuum*: idq; ne hæc illis aſſimilentur. quemadmodum ſuo loco exponitur. Sunt etiam commata, quibus etſi inter ſe habeant pauſas, quæ ſunt diſtinctiones accentuum, hoc non ſufficit; ſed vox in commatis fine ſcribitur, ne cum ſubſequenti commiſceatur. Vt Num. 31. 17. *Omnem quoque mulierem, quæ cognovit virum concubitu maris, occidite.* hoc quorſum dicitur? nonne jam antea dictum erat *Occidite*, initio commatis? Sed id factum fuit, quò res iſta diſtingueretur, ne confunderetur cum ᵽſ. 18. *omnes verò parvulos... vivos conſervate.* Eſt etiam ubi nulla omninò memoratarum diſtinctionum opus eſt; ſed ſufficit diſtinctio accentus Atnahta: ut habetur c. 1. חגיגה.

In venimus *occaſiones* in Scripturis locum habere; ſicut invenimus in Miſna & Exoti-

דין ההפסקות הרבה הפסקות בתורה חלוקות זו מזו כדי שלא יתערב ענין לענין פרשה לפרשה ורוב ההפסקות הם ע׳ הריוח שבין פרשה׳ לפרשה או בין ענין לענין ׃ ויש הפסקות שאין די בריוח ונותן פסוק מיותר להפסיק יותר עם הריוח כדי שלא יתערבו הפרשיות כגון בסוף פרשת פנחס דכתיב ויאמר משה אל בני ישראל ככל אשר צוה יי׳ פסוק זה נכתב להפסיק בין נדרי מזבח דכתיב קמיה נדריכם ונדבותיכם ובין נדרי איסור דכתיב בתריה פרשת ראשי המטות שלא ידמו זה לזה כמו שמפורש במקומו ויש פסוקים שאעפ׳ שיש ביניהם נקודות דהיינו פיסוקי טעמי׳ אין די בכך וכותב תיבה בסוף הפסוק שלא יתערב עם של אחריו כגון וכל אשה יודעת איש למשכב זכר הרגו למה נאמר והלא כבר נאמר הרגו בראש הפסוק אלא להפסיק הענין שלא יתערב עם וכל הטף החיו ׃ ויש שאין צריך שום הפסקה מההפסקות הנזכרות ודי לו בהפסק טעם אתנחתא כדאיתא בפק׳ דחגיגה ׃

מצינו אידוי במקראות כמו שמצינו במשנה וברייתא

cis.

פרק מרובה דתל ברגל למה לי איידי דכתיב יד ביד כתב נמי רגל ברגל·

דין לאו שבכללות ק̇ל בכל דוכתא לאו שבכללות אין לוקין עליו א̇ר תרתי הוא דלא לקי הא חדא מילקא לקי · וא̇ר אפילו חדא לא לקי דהא לא מיחד ליה לאו מיוחד · וענין לאו שבכללות רבו בו הדעות והמחוור שבכלן דלא מקרי לאו שבכללות אלא כגון שהוציא הכתוב הרבה דברים בשם א' כגון לא תאכלו על הדם דדרשינן מיניה כמה ענינים או אפילו הוציאם בכמה שמות אלא שיש להם שם אחד יכלול כולם כמו ולחם וקלי וכרמל שכלולי' בשם אחד כל כה̇ג מיקרי לאו שבכללות אבל כשאין להם שם אחד יכלול את כלם אינו נקר' לאו שבכללות וא̇ע̇ם שכללן בלאו אחד · כגון הך דמנחות גבי שאור ודבש דאתמר המעלה שאור ודבש על גבי המזבח לוקה משום שאור ולוקה משום דבש וכן כל כה̇ג·

דין עשה דוחה לא תעשה גרסינן ביבמות פרק כיצד אמר ר̇ל כל מקום שאתה מוצא

cis. Exempli gratia, capite *Frequentior eſt:* Quorſum mihi Deut. 19. 21. *pes pro pede?* Occaſione ejus quod ſcriptum erat, *manus pro manu* ſcripſit etiam *pes pro pede.*

De modo, *Interdictum quod in generali continetur*, hoc nobis ſtatutum paſſim eſt, Ob interdictum in generali contentum non vapulant. Eſt qui aſſerit, bis quidem non vapulare; at ſemel omninò vapulare: alius aſſeverat, ne ſemel quidem vapulare; quod ecce interdictum ſpeciale ipſi ſpecificè non præſcripſerit legiſlator. In hoc verò negotio interdicti in genere contenti multiplicantur opiniones: ſed hæc eſt ipſarum omnium elegantiſſima; non vocari interdictum in genere contentum, niſi quum Scriptura uno nomine multa effert. Exempli gratia, Levit. 19. 26. *Ne comeditote cum ſanguine:* unde plurima ſubtili indagine eruimus. Vel etiamſi efferat illa multis nominibus; modo unum nomen ſortiantur, quod ipſa omnia complectatur. ut Levit. 23. 14. *panis, toſtæ ariſtæ & ſpicæ virentes:* quæ uno nomine comprehenduntur. Omnia ejuſmodi veniunt nomine interdicti quod in generali continetur. Verum ubi nomen unum non habent, quod ipſa omnia complectitur, non veniunt nomine interdicti in genere contenti; quamvis uno interdicto comprehendantur. Quemadmodum iſtud Cod. מנחות, ad verba Lev. 2. 11. *Fermentum & mel:* ubi dicitur, Qui offert fermentum & mel in altari, vapulat fermenti nomine, & vapulat mellis nomine. Ita ſimilia omnia.

De modo, quo *præceptum pellit interdictum*, legimus in יבמות capite, Quomodo? dixiſſe D. Levim, Vbicunque reperis præceptum &

עשה ולא תעשה אם אתה יכול לקיים את שניה' מוטב ואם לאו יבא עשה וידחה לא תעשה ורבים יתמהו איך יבא עשה הקל וידחה לא תעשה החמור ׃ ועתה דע והבן טעמו של דבר וזה כי העשה תנאי הוא בלא תעשה כאלו תאמר דלא תעשה כך אלא בדבר פלו' והוא אמרם ז"ל מחלליה מות יומת וביום השבת שני כבשים בדיבור אחד נאמרו והוא ענין התנאי שכתבתי הילכך אמרינן דהוי עשה ללא תעשה ויש בזה חלוקות בחדרי הגמרא. ונלאתי לכותבן ׃

דין איסור כולל ואיסור מוסיף ׃ ההפרש שיש ביניה' הוא כך דאיסו' כולל קרי היכא דאין האיסור האחרון מוסיף על האיסור הראשון כלום אבל מרבה איסורי' על האדם מדברים אחרים כגון נבלת ביה שלא בא לאוסרה אלא באכילה ובאכילה כבר אסורה משום נבלה נמצא שלא הוסיף עליה איסור האחרון כלום אבל ריבה איסורין על האדם לאוסרו בכל האוכלין שבעולם ואמרינן מגו דחייל יה לאסר בשאר אוכלין משום יה כולל נמי את הנבלה עמהם להתחייב בה משום יה ואיסור מוסיף

interdictum, ſi poſſis utrumque præſtare, bene eſt; ſin minus, procedat præceptũ, & pellat interdictum. Et multi mirantur, quî procederet præceptũ quod leve, & propelleret interdictum quod grave eſt. Itaq; jam cognoſce & intellige rei rationem. quæ hæc eſt, prçceptum eſſe conditionẽ in interdicto: quaſi dicas, Ne ſic facias, niſi hac N. in re. Hic eſt ſermo Sapientum l. m. quum Exod. 31. 14. legitur, *Profanantium illud* quiſque *omnino morti traditor*, & Num. 28. 9. *Die autem ſabbathi bini agni*; hæc uno contextu dicta cenſeri. Iſta eſt conditionis ratio, quam ſcripſi. Igitur dicimus, Prçceptum pellit interdictum: de quo controverſiæ ſunt in Gemaræ penetralibus, eaſque aſſcribere gravatus ſum.

Arguendi modus, *Prohibitio complectens, & Prohibitio ſuperaddens*. differentia inter eas ita ſe habet: quod prohibitio complectens vocetur, quum prohibitio poſterior nihil addit prohibitioni priori; ſed auget prohibitiones ratione hominis, è rebus aliis. Ex. gratia, morticinum in die expiationis: ubi non progreditur (legiſlator) ad ipſum prohibendum, niſi quoad eſum; & hoc reſpectu jam antea erat prohibitum, quà morticinum. Deprehenditur, nihil ei addere prohibitionem poſteriorem; ſed augere prohibitiones hominis reſpectu, ut ipſi omnibus omninò cibis interdicat. Vnde dicimus, Quandoquidem contingit ut die expiationis interdicatur reliquis cibis propter rationem iſtius diei; cum iis etiam morticinum Deus complectitur, ut ejus nomine reus fiat homo ob diem expiationis. At prohibitio addens

eſt,

הוא דמוסיף על נשא האסור הראשון דבר שהיה מותר · כגון חתיכת חלב של הקדש דאסור לאכלו משום חלב ומותר לגבוה למזבח נעשה נותר נוסף עליו איסור למי שהיה מותר לו ונפסל להקטר' הכא אמרינן מתוך שחל עליו שם נותר אצל גבוה חל עליו שם נותר אצל האדם האוכלו להתחייב משום חלב ומשום נותר ·

דין דברה תורה כלשון בני אדם איכא מאן דאית ליה דברה תורה כלשון בני אדם ולא דרשינן הכפולות ואיכא מאן דלית ליה הכי ודרשינן הכפולות · ויש לדקדק דר"ש הוא דאית ליה דברה תורה כלשון בני אדם ואיהו גופיה דריש בפרק אלו מציאות גבי עזוב תעזוב והקם תקים כך אומר ר"י דכי קאמר דברה תורה כלשון בני אדם היינו דוקא בשיש הוכחה בפסוק שלא לדרוש הכפולות כגון העבט תעביטנו דלא דריש ליה ר"ש יש לו ואינו רוצה להתפרנס נזקקין לו דהא כתיב די מחסורו כדאיתא התם אבל כשאין הוכחה מתוך הכתוב דרשינן הכפולות ולא אמרינן

eſt, quæ addit prioris prohibitionis ſubjecto aliquid, quod in eo licitum erat. Exempli gratia: particula adipis ipſius conſecrati, quam edere non licet adipis nomine; ſed licita eſt, quæ Altiſſimo in altari offeratur: hæc particula ſi fiat reſidua (id eſt, ultra tempus ſervetur,) ipſi prohibitio additur reſpectu ejus cui offerri poterat, & rejectanea fit ad adolendum. Hic dicimus, Quia in illam cadit hæc cōditio, ut reſidua ſit ratione Altiſſimi; in ipſam etiam cadit ut reſidua ſit reſpectu hominis eam edentis: adeo ut reus fiat cum adipis, tum reſidui nomine.

Denique hic eſt modorum ultimus, *Loquitur lex phraſibus filiorum hominis.* Nonnemo eſt, cui probatur, Legem uti phraſibus filiorum hominis, nec nos ſubtiliter exponere repetitiones: alius verò eſt, cui illud improbatur; ſed nos ſubtiliter repetitiones exponere. Atque conſiderandum accuratè, quod D Simeon is ſit, cui probatur, legē uti phraſibus humanis, & ipſe idem ſubtilem indaginem adhibeat: capite *Hæc inventa*, ad locum Exod. 23. 5. *auxiliando auxiliaberis cum eo*, & Deut. 22. 4. *erigendo eriges.* Ita dicit Doct. Juda, illum quum ait, Legem uti phraſibus filiorum hominis; id præciſè intelligere, quum demonſtratur ex textu, non eſſe ſubtili indagine attendendum ad repetitiones. ut Deut. 15. 8. *mutuando mutuabis ei*: quod non acutè enarrat D. Simeon, Sint ei facultates, nec ali velit, tum ipſi omnem curam adhibeant: nam ecce ſequitur, *quantum ſatis eſt indigentiæ ejus*; quemadmodum illic videre eſt. Sed quum ex Scriptura id oſtendi nequit, ſubtiliter attendimus ad repetitiones;

nec dicimus legem loqui ſecundum ſermonem filiorum hominis.

אמרינן דברה תורה כלשון בני אדם ·

TRACTATVS V.

De modis decidendi: quem diviſi in tria capita.

השער החמישי

בדרכי הפסק וחלקתיו לשלשה פרקים

Caput primum, ſecundum quem è Miſnicis Doctoribus ſtatuatur contra ſuum diſſentientem.

Caput ſecundum, ſimiliter docet de Gemaricis, ſecundum quem ſtatuatur contra ſuum adverſarium.

Caput tertium, continet notiſſimas regulas de conſtitutionum in omnibus ſervatarum & ordinatarum deciſionibus.

הפרק הראשון מי ומי מן התנאים הלכה כמותו נגד בר מחלוקתו ·

הפרק השני כמו כן באמוראים מאן הלכתא כוותיה כנגד בר פלוגתיה ·

הפרק השלישי כללים ידועים בפסקי הלכות שמורות בכל וערוכות ·

CAPVT I.

Legimus in 'ערובי cap. *Quem educunt*, Refert D. Jacob filius Idis, dixiſſe D. Johannem, Diſſidentibus Doct. Meïro & D. Juda, ſtatuitur ſecundum D. Judam; Doctore Juda & D. Joſe, ſtatuitur ſecundum D. Joſen. Neque neceſſe eſt addere, Doctore Meïro & Doct. Joſe diſſidentibus, ſecundum Doctorem Joſen ſtatui: etenim cum jam Doct. Judæ locum obtinere nequeat, num de loco Doct. Joſis quæritur? Cæterum ratio, quare ſecundum D. Meïrum non ſtatuatur, ibi in 'עירובי his verbis proponitur. Dixit Doct. Aha, manifeſtum ac notum eſt coram eo, quo loquuto mundus extitit, neminem ſeculo Doctoris Meïri ejus ſimilem fuiſſe: quare ergo ex ejus ſententia conſti-

הפרק הראשון

גרסינן בעירובין פרק מי שהתציאוהו א״ר יעקב בר אידי א״ר יוחנן ר״מ ורבי יהודה הלכה כרבי יהודה · רבי יהודה ורבי יוסי הלכה כרבי יוסי ואין צ״ל ר״מ ור' יוסי שהלכה כרבי יוסי דהשתא במקום רבי יהודה ליתיה במקום רבי יוסי מבעיא · והטעם שאין הלכה כר״מ אמרו שם בעירובין א״ר אחא גלוי וידוע לפני מ״ש והיה העולם שאין בדורו של ר' מאיר כמותו ומפני מה לא

קבעו הלכה כמותו מפני שלא
עמדו חביריו על סוף דעתו שהיה
אומר על טהור טמא ועל
טמא טהור ומראה לו פנים וכו'
אך בפרק אף על פי בכתובות
קל הלכה כר״מ בגזירותיו פי'
גזירות וחומרות שהוא מחמיר
על דברי תורה ע׳ גזירה ודוקא
גזירותיו אבל קנסותיו לא · אמר
רב אשי אף אנו נאמר ר' יוסי
ור״ש הלכה כר' יוסי דאמר רבי
יוחנן רבי יהודה ור״ש הלכה כר'
יהודה ובמקום ר' יהודה ליתיה
במקום רבי יוסי מיבעיא כללא
דמילתא הלכה כרבי יוסי מ
מחבירו ולא מחביריו ולכך נקבעה
הלכה כרבי יוסי משום דנמקו
עמו פי' טעמו עמו · ואיבעיא
להו ר״מ ור״ש מאי תיקו הילכך
הלכה כדברי המחמיר בשניהם ·
רבי אליעזר ורבי יהושע הלכה
כר' אליעזר · רבי יהושע ור״ג
הלכה כר״ג · הלכה כרבי עקיבא
מחבירו ולא מחביריו הלכה
כר' אליעזר בן יעקב בכל מקום
דמשנת ר' אליעזר בן יעקב
קב ונקי · הלכה כדברי המיקל
בערובין וכן באבל ואפילו

conſtitutionem non definiverunt? Quia ipſius ſocii ad ejus mentis intentionem non pertigerunt: quum mundum immundum, & immundum mundum pronûntiaret; idque audacter defenderet, &c. Verumtamen cap. *Quamvis* in כתובות penes nos ſtatutum eſt, conſtitutionem ſecundum D. M. in ejus deciſionibus obtinere: ſenſus eſt, in deciſionibus ſive aggravationibus, quum ipſa legis verba aggravat per deciſionem. itaque præciſè in deciſionibus ipſius; non verò mulctis ob injurias corporales. Dixit Magiſter Aſe, Nos etiam dicemus, D. Joſe, & D. Simeone diſſentientibus ſecundum D. Joſen conſtitui. nam Doctor Johannes inquit, Doctore Juda & D. Simeone, ſecundum Judam ſtatuitur: quum itaque D. Judæ locum non obtineat, an de loco D. Joſes quæſtio eſt? Summa ſermonis eſt, potius ſecundum D. Joſen ſtatui, quam ejus ſocium; non verò ejus ſocios: ideoque conſtitutio ſecundum Doct. Joſen definitur, quia ejus obſervatio pro ipſo facit, id eſt ratio ejus ab ipſo ſtat. At quæſitum fuit, quid ſi D. Meïr & D. Simeon? Tisbi objectiones & dubia ſolvet. itaque ſecundum illius verba ſtatuitur, qui inter ambos rem aggravat. Si Doctor Eliezer & D. Joſua diſſentiant, ſecundum D. Eliezerem ſtatuitur; ſi Doct. Joſua & D. Gamaliel, ſecundum D. Gamalielem ſtatuitur. Secundum D. Akibam potius, quam ſecundum ejus ſocium; non ſocios ſtatuitur. Secundum D. Eliezerem Jacobi filium ubique ſtatuitur: quia Miſna ſive doctrina D. Eliezeris filii Jacobi pauca quidem; ſed à dubio immunis eſt. Secundum verba allevantis ſtatuitur in commiſtionibus; ſimiliterque in luctu; quin etiam ſi

יחיד אצל רבים · רבי ור' אליעזר הלכה כר' רבי ור' יוסי הלכה כר' רבי ור' יהודה הלכה כר' · כללא דמילתא הלכה כרבי מחבירו ולא מחביריו · וכן אין הלכה כמותו אם נחלק עם אביו · ב״ש וב״ה הלכה וב״ה · ואמר בפ״ק דערובין מפני מה זכו ב״ה לקבוע הלכה כמותן מפני שהם נוחין ועלובין ורב עמרם גאון פסק בו' דברים דהלכה כבית שמאי · ב' בברכות פרק אלו דברים בש״א מכבדין את הבית ואח״כ נוטלין לידים · ובה״א נוטלין לידים ואח״כ מכבדין את הבית ואידך מי שאכל ולא בירך בש״א יחזור למקומו ויברך ובה״א יברך במקום שנזכר ואיתמר עלה הנהו תרי תלמידי חד עבד כב״ש בשוגג וחד עבד כב״ה במזיד ואכלי' אריה ש״מ העושה כב״ש הרי זה זריז ונשכר · וג' במנחות פרק התכלת סדין בציצית בית שמאי פוטרים ובית הלל מ מחייבין ואידך כמה חוטין הוא נותן בציצית בית שמאי או' ארבעה חוטין ובית הלל או' שלשה ואידך כמה תהא משולשת

unus ille cum multis diſceptet. Si Ribbi & D. Elieżer diſſideant, pro Ribbi ſtatuitur; ſi Ribbi & D. Joſe, ſtatuitur pro Ribbi; Ribbi & D. Juda, ſtatuitur pro Ribbi. Summa ſermonis eſt, pro Ribbi potius ſtatuitur, quam pro ejus ſocio; non verò ſociis: ita nec ſecundum ipſum ſtatuitur, ſi illi cum patre ſuo non conveniat. Si diſſentiant familia Schammæi & familia Hillelis, ſecundum Hillelis familiam ſtatuitur. Dicitur cap. 1. ערובים, Qua de cauſa meruerunt familiares Hillelis, ut ſecundum eos definiretur conſtitutio? Quia iſti ſilebant injuria affecti. Sed Magiſter Amram illuſtris decidit, in ſex rebus ſecundum familiam Schammæi ſtatui. Duæ ſunt in ברכות c. *Hæc verba*. Aſſeclæ Schammæi ajunt, Mundant domum, poſteaque manus abluunt; at familia Hillelis inquit, Abluunt manus, & poſtea domum mundant. altera eſt, Qui comedit, ſed non benedixit, huic familia Schammæi præcipit, ut ad locum ſuum redeat ac benedicat; at Hillelis aſſeclæ exigunt, ut eo loco ubi recordatur, benedicat. Atque ea de re narratur. duo quidam erant diſcipuli, quorum unus faciebat ſecundum Schammæi familiam per errorem; alter faciebat ſecundum Hillelis familiam deſtinato animo: poſtea hunc devoravit leo. hinc diſce, Qui ſecundum familiam Schammæi facit, ecce is induſtrius eſt, & mercede donatur. Tres verò occurrunt in מנחות, capite *Hyacinthus*. Lodicem quoad peniculamentum familia Schammæi abſolvit; ac Hillelis familia obligat. Alia eſt, Quot fila peniculamento indit? Familia Schammæi inquit, quatuor fila; at familia Hillelis inquit, tria. Tertia eſt, Quantus erit filorum contextus? Familia Schammæi

בשׂא ד' ובהֹא ג' וא' בסוכה סוכה
שאינה מחזקת ראשו ורובו
ושלחנו בית שמאי פוסלים ובֹה
מכשירין באלו הו' דברי' פסקו
הלכה כבֹש · כל מקום ששנה
רשבֹג במשנתינו הלכה כמותו
חוץ מערב וצידן וראיה אחרונה
ערב בבתרא פי' המלות את
חברו עׂי ערב לא יפרע מן הערב
תחלה ואם אמר עׂמ שאפרע
ממי שארצה יפרע מן הערב רשבֹג
אומר אם יש נכסי' ללוה בין כך
ובין כך לא יפרע מהערב · וצידן
בגיטין פרק מי שאחזו אמר רשבֹג
מעשה בצידן א' שאמר לאשתו
הרי זה גיטך עׂם שתתני לי
איצטליתי ואבדה איצטליתו אחֹזל
תתן לו דמיה וראיה אחרונה
בסנהדרין פ' דיני ממונות אמרו
לו הבא עדים ואמר אין לי עדי'
אמרו לו הבא ראיה ואמר אין
לי ראיה לאחר זמן מצא עדים
ומצא ראיה הרי זה אינו כלום ·
רשבֹג אומר מה נעשה לזה שלא
היה יודע שיש לו עדים ולא היה
יודע שיש לו ראיה · ואיכא
אמוראי דלית להו האי כללא
דרשבֹג כדמוכח בעׂא פר' בתרא

mæi inquit, quatuor digitorum; at Hillelis familia inquit, trium. Vna denique occurrit in סוכה, Tugurium quod non capit hominis caput, majoremque ejus partem cum menſa, familia Schammæi rejectaneum judicat; at Hillelis familiares idoneum cenſent. In his ſex rebus conſtitutionem ſecundum Schammæi familiam definiunt. Vbicunque aliquid in Miſna noſtra docet D. Simeon filius Gamalielis, ſecundum eum ſtatuitur; præterquam in ſponſore, venatore, & probatione ſequente. De ſponſore in Bava poſtrema, capite 10. Mutuans proximo ſuo ſponſoris interventu, primò à ſponſore non exiget. quod ſi dixerit, ea conditione ut à quocunque lubeat, exigam; tum à ſponſore ſolutionem petere licet: ſed D.S.f.G. inquit, Quum ſunt mutuato facultates; ſive hoc, ſive illo modo, à ſponſore non exiget. De venatore in גיטין, capite *Quem corripit*, recitat D. S. f. G. exemplum venatoris alicujus, qui uxori ſuæ dixerat, en tibi repudii libellum eâ conditione ut mihi ſtolam meam tradas; cujuſque ſtola cum deperdita eſſet, præceperant ſapientes l. m. ut ipſius pretium illi traderet. *Probatio ſequens* occurrit in Sanedrin, cap. *Iudicia pecuniaria*. Dixerint ei, adduc teſtes; reſponderit, teſtes non habeo; itaque regeſſerint, affer probationem; iterum reſponderit, probationem non habeo: ſi hic progreſſu temporis teſtes & probationem inveniat, fruſtra eſt. At Doctor Simeon f.G. ait, Quid ergo ei faciemus, qui ignorabat ſibi teſtes eſſe, & ignorabat ſe probationem habere? Verumtamen ſunt Gemarici Doctores, qui non admittunt iſtam regulam D. S. f.G. ut demonſtratur Cod. de idololatria cap. ultimo.

אמר רבא הלכה כרשב״ג הואיל ותנן סתמא כותיה משמע הא בלאו הכי לא · וכן משמע פרק יש נוחלין וכן כתב הרמב״ם ז״ל בפירושיו · ואין הלכה כרשב״ג בטרפות ·

אין הלכה כרבי אליעזר משום דשמותי הוא פי׳ שמותי ברכוהו במעשה הידוע בפרק הזהב ׀ כך פרש״י ז״ל ובתוספות הקשו עליו טובא והדא מניהו היא דאין ראוי להזכיר עליו לשון שמת׳ דבשעת מעשה לא אמר אלא בירכוהו ולכך פי׳ הם כבעל הערוך דשמותי ר״ל מתלמידי ב״ש ואע״ג דרבי אליעזר מתלמידי דר׳ יוחנן בן זכאי הוה כדאיתא בפרק שני דאבות ורבן יוחנן בן זכאי מתלמידי ב״ה הוה כדאיתא פרק יש נוחלין אפ״ה קים ליה לגמרא דבכל דבריו קאי כב״ש ולכך אין הלכה כמותו בכל מקום זולתי במקום שמפרש בהדיא בגמרא שהלכה כמותו כגון בריש נדה רבי אליעזר אומר ד׳ נשים דיין שעתן וזולתן לשם ·

כל מקום ששנה רבי יהודה בערובין הלכה כמותו ודוקא בערובין ·

Dicebat Raba, mos obtinet ſecundum D.S. f. G. quandoquidem abſolutè legimus ſecundũ ipſius ſententiam. hinc diſcimus, Ecce abſq; eo eſſet, nequaquam pro eo ſtatueretur. Hujuſmodi quid diſcimus capite, *Sunt hæredes*. Ita etiam ſcripſit D.M. f.M.l.m. in ſuis expoſitionibus. Nec etiam ſecundum D.S.f.G. in diſcerptis ſtatuitur.

Secundum Doctorem Eliezerem non ſtatuitur, quia rejectaneus factus eſt, (id eſt, excommunicatus.) Quid rejectaneus ſignificat? quod eum devoverint propter factum ſatis notum è capite, *Aurum*. Ita quidem expoſuit D.S.J.l.m. at in additamentis contra eum objiciunt multa. quorum unum eſt: non convenire ut in illo vox excommunicationis memoretur; quia ipſo facti tempore nihil dictum ſit, quam *devoverunt eum*. Itaque eo modo, quo autor Aruchi, expoſuerunt. per *rejectaneum* ſive *excommunicatum* ipſos declarare voluiſſe, è diſcipulis fuiſſe familiæ Schammæi. Et quamvis Doctor Eliezer è diſcipulis D. Johannis f. Zachæi eſſet (uti legere eſt c. 2. אבות) & Dominus Johannes f. Zachæi è diſcipulis familiæ Hillelis eſſet (uti habetur capite, *Sunt hæredes*;) nihilominus Gemara pro certo habet, eum in omnibus dictis ſuis à familia Schammæi ſtare. Itaq; ſecundum ipſum non ſtatuitur ullibi; præterquam ubi in Gemara manifeſtè exprimitur, conſtitutionem ſecundum ipſum decidi. Exempli gratia initio נדה, inquit Doctor Eliezer, Quatuor mulieribus ſufficit earum tempus: aliaque ibidem.

Vbicunque in Miſna docet Doctor Jehuda quæ ad miſtiones pertinent, ſecundum eum ſtatuitur: præciſè ubi de miſtionibus; non verò

אבל לא במחתות דתנן חצר שנפרצת משתי רוחותיה וכו' דאין הלכה שם כרבי יהודה אלא כבר פלוגתיה· הלכה כר"ש בדבר שאינו מתכוין שמותר והלכה כרבי יהודה במלאכה שאינה צריכה לגופה ודבר שאינו מתכוין הוא דבר שאינו מכוין לעשו' אותה מלאכה אלא מטילה היא נעשית כגון גורר אדם מטה כסא וספסל ובלבד שלא יתכוין לעשות חריץ· והמלאכה שאינה צריכה לגופה מתכוין לאותה מלאכה אבל אינו צריך לגוף אותה מלאכה אלא לדא כגון המכבה גחלת של אש שלא נתכון לעשות פחם בשבת אלא לסלק ההזק·

הפרק שני

רב ורבי יוחנן הלכה כרבי יוחנן· שמואל ורבי יוחנן הלכה כר' יוחנן· ר' יוחנן וחזקיה הלכה כחזקיה משום דרבו דר' יוחנן הוה· ר' יוחנן ור' ינאי הלכ' כר' ינאי משו' דרבו דר' יוחנן נ"ב הוה· ר' יוחנן ור' אלעזר הלכה כר' יוחנן· רב הונא ורב הלכה כרב· רב הונא ורב חסדא הלכה כרב הונא דרבו דרב חסדא הוה· רב אשי ורב כהנא הלכה כרב כהנ'· רב

verò de ſepimentis. Legimus enim; atrium diſruptum à duabus plagis ſuis, &c. nam iſtic non ſtatuitur ſecundum Doctorem Judam; ſed ſecundum ſuum adverſarium. Conſtitutio hac in re obtinet ſecundum D. Simeonem, ſc. In eo quod homo non intendit, liberum eſſe; at ſtatuitur ſecundum Doctorem Judam in facto, quo in ſe opus non eſt. Porrò id quod non intenditur, eſt, quum agens non intendit iſtud opus facere; ſed ex ſe id ipſum fit. Vt ubi trahit homo lectum, ſedem, ſcamnum; modo non intendat facere foſſulam. at factū quo in ſe opus non eſt: quum agens ipſum factum intendit; ſed hoc ipſo facto opus non habet, verum illo. Vt qui ignitam prunam extinguit, quum non intendit carbonem facere in Sabbatho; ſed damnum avertere.

CAPVT II.

Rabo & Doctore Johanne diſſidentibus, ſecundum D. Johannem ſtatuitur; Samuele & Doctore Johanne, ſecundum D. Johannem ſtatuitur; Doctore Johanne & Hizkia, ſecundum Hizkiam, quia Magiſter Doctoris Johannis fuit: Doctore Johanne & D. Janæo, ſecundum D. Janæum ſtatuitur, quia Doctoris Johannis Magiſter ſimiliter fuit: D. Johanne & D. Eleazaro, ſecundum D. Johannem ſtatuitur; Magiſtro Houna, & Rabo, ſecundum Rabum ſtatuitur; Magiſtro Houna, & Magiſtro Haſda, ſecundum Magiſtrum Hounam, quia præceptor Magiſtri Haſdæ fuit. Magiſtro Aſe & Mag. Cahana, ſecundum Magiſtrum Cahanam ſtatuitur; Magiſtro

הונא ורב נחמן הלכ' כרב נחמן בדיני וכרב הונ' באיסורי וכן רב נחמן ורב ששת הלכ' כרב ששת באיסורי וכרב נחמן בדיני רב ורב הונא הלכה כרב · שמואל ורב אדא בר אהבה הלכה כשמואל · רב אשי ורבינא הלכה כרב אשי ·

כל היכא דפליגי רב ושמואל הלכה כרב באיסורי וכשמואל בדיני לבר מתלת דאינון איסורא והלכה כשמואל דאמר אביי בפרק במה מדליקין כל מילי דמר עביד כרב לבר מתלת דעביד כשמואל מדליקין מנר לנר פי' בנר של מצוה ומתירין ציצית מבגד לבגד פי' וליכא ועשו ולא מן העשוי והלכה כר"ש בגרירה וראוי שתדע דכי אמרינן הלכה כפלוני בדני וכפלוני באיסורי דוקא כנגד בר מחלוקתו כגון רב כנגד שמואל · ורב נחמן כנגד רב הונא וזולתם אבל אם נחלק עם אחר לא · רבי יוחנן ור"ל הלכה כרבי יוחנן בר מתלת והלכה כריש לקיש · וסימ:הין חל"ץ ירו"ש

Houna & M. Nahmane, ſecundum Magiſtrum Nahmanem ſtatuitur in forenſibus; & ſecundum M. Hounam in ceremonialibus interdictis: ſimiliter M. Nahmane & M. Schaſato diſſentientibus, ſecundum Magiſtrum Schaſatum ſtatuitur in interdictis ceremonialibus; at ſecundum M. Nahmanem in forenſibus: Rabo & M. Houna, ſecundum Rabum ſtatuitur; Samuele & M. Ada filio Ahabæ, ſecundum Samuelem; Magiſtro Aſe & Rab Ina, ſecundum M. Aſen ſtatuitur.

Vbicunque in diverſas partes abeunt Rabus & Samuel, ſecundum Rabum in interdictis ceremonialibus; ſecundum Samuelem in forenſibus ſtatuitur: exceptis tribus, quæ ad interdictum pertinent, & ſecundum Samuelem ſtatuuntur. Nam Abæus inquit capite, *Quo accendunt?* Ita erant omnia præceptoris opera, ut ea faceret ſecundum Rabum tribus exceptis, quæ ex Samuelis ſententia faciebat. 1. Accendunt lucernam è lucerna, ſenſus eſt, de lucerna lege præcepta. 2. deſumunt peniculamentum de veſte in veſtem: ſenſus eſt, non valere hoc argumentum, ſcriptum eſſe Num. 15. 38. *& facient*; non verò ex eo quod factum eſt. ubi ſecundum D. Samuelem ſtatuitur: & 3. in tractione. Scire autem convenit, quod cum dicimus ſecundum hunc ſtatui in forenſibus; & ſecundum illum in interdictis ceremonialibus, præciſè hoc intelligatur reſpectu adverſarii ſui: ut de Rabo reſpectu Samuelis; & M. Nahmane reſpectu M. Hounæ, & aliis: ſed ſi ab alio diſſideat, ſecus eſſe. Vbi D. Johannes & Reſch Lakiſch diſſident, conſtitutio ex mente D. Johannis obtinet; tribus exceptis, ubi ſecundum Reſch Lakiſch ſtatuitur: quorum ſignum eſt, *exuit, hæreditatem adiit,*

קנה · חלץ החולץ למעוברת והפילה רבי יוחנן אמר אינה צריכה חליצה מן האחין ור"ל אמר צריכה חליצה · ירש המחלי' נכסיו על פיו ריבה לא' ומיעט לאחר ואמרינן עלה כי אתא ר' אבין אמר ירש פ' שדה פ' ותנתן שדה פ' לפ' רבי יוחנן אמר קנה ורבי אלעזר אמר לא קנה ור"ל אומר מעולם לא קנה עד שיאמר פלוני ופלוני ירשו שדה פלוני שנתתיו להם במתנה וכו' · קנה הכות' נכסיו לבנו לאחר מיתתו וכו' ואיתמר עלה מכר הבן בחיי האב ומת הבן בחיי האב רבי יוחנן אמר לא קנה לוקח ור"ל אמר קנה לוקח ·

רבה ור"ב יוסף הלכה כרבה משום דאמרינן בהוריות רב יוסף סיני ורבה עוקר הרים פי' בעל פלפול וסברא הילכך כל היכא דפליגי רבה ורב יוסף בסברא דנפשייהו ולא בשמועה אליבא דרבה הלכתא כרבה בר מתלת דהלכתא כרב יוסף וסימנהון סדום קנין ומחצה סדום פ' השותפין רבה אמר כגון זה כופין אותו על מדת סדום מתקיף לה רב יוסף וכו' · קנין פרק יש נוחלין קנין מאימתי חוזר

adiit, acquiſivit. Exuit: Si cui exuendus calceus à gravida quæ abortum facit, Doctor Johannes inquit, eam ad exuendum iſti calceum fratrum jure non teneri; at R. lakiſch inquit, teneri. *Hæreditatem adiit:* Si quis verbis ſuis diſtribuens facultates ſuas, huic plus, alteri minus aſſignet, ea de re narramus, Quum veniſſet D. Abin, pronuntiabat, Si quis dicat, Poſſidebit iſte agrum illum, dabiturque ager ille iſti, Doctor Johannes ſentit iſtum jam acquiſiviſſe; at Doctor Eleazarus acquiſiviſſe negat: R. lakiſch ait, Neutiquam acquiſivit, donec dixerit poſſeſſor, Hi vel illi poſſidebunt agrum illum, quem ipſis dono do, &c. *Acquiſivit:* Si quis facultates ſuas aſſcribat filio ſuo poſt mortem ſuam, &c. ea de re ſic relatum fuit, Si filius illas vendiderit vivente patre, & patre vivente mortuus fuerit, Doct. Johannes emptorem non acquiſiviſſe pronunciat; at R. lakiſch id affirmat.

Diverſa ſentientibus Rabba & Magiſtro Joſepho, ſecundum Rabbam ſtatuitur: quia in הוריות ita loquimur, Magiſter Joſeph ut Sinai; at Rabba eradicat montes: quo notatur ingenioſus & acutus. Itaque ubi diſſentiunt Rabba & M. Joſeph in propriæ mentis diſcurſu, non verò in eo quod traditū cenſetur ex mente Rabbæ; ſecundum Rabbam ſtatuitur: tribus exceptis, ubi ſecundum M. Joſephum judicatur: quorum ſignum, *Sodoma, Acquiſitio, Dimidium. Sodoma:* Cap. *Socii*, Rabba inquit, Si hujuſmodi commiſerit, eum evertunt inſtar Sodomitarum. cui objicit Magiſter Joſeph, &c. *Acquiſitio:* Capite *Sunt hæredes*, Acquiſitio quanto tempore revocari poteſt?

רבה אמר כל זמן שיושבין ורב
יוסף אמר כל זמן שעוסקין
באותו ענין · מחצה בבתרא פ'
מי שמת ההוא דאמר לה
לדביתהו נכסי לך ולבריך אמר
רב יוסף קנתה פלגה וכו' אביי
ורבא הלכתא כרבא בר מיע״ל
קג״ם דהלכתא כאביי פי' יע״ל קג״ם
סימני הלכות הן יו״ד יאוש שלא
מדעת אביי אמר לא הוי יאוש
ורבא אמר הוי יאוש · עי״ן · עד
זומם בנסהדרין פרק דיני ממונות
עד זומם אביי אמר למפרע הוא
נפסל ורבא אמר מכאן ולהבא הוא
נפסל · למ״ד לחי בעירובין פ״ח לחי
העומד מאיליו אביי אמר הוי לחי
ורבא אמר לא הוי לחי ור״ת פי'
למ״ד ימי הלידה שאינה רואה בהן
וכו' · ק״ף בקדושין פרק האיש
מקדש קדושין שאין מסורין לביאה
אביי אמר הוו קדושין ורבא אמר
לא הוו קדושין גימ״ל גילוי דעתא
בגיטין פרק השולח גילוי דעתא
בגיטין אביי אמר לא בטיל גיטא
ורבא אמר בטיל גיטא ׃ מ״ם
מומר בפרק דיני ממונות מומר
לאכול נבלות להיאבון וכו' ·

בכל התורה כולה דפליגי
רב אחא ורבינא רב אחא

Rabba inquit, Quamdiu ſenatores conſident; Mag. Joſeph inquit, Quamdiu in iſto opere occupantur. *Dimidium.* In Baba poſtrema cap *Qui moritur*, Si quis ſuæ uxori dixit, facultates meæ tibi & filio tuo; pronunciat M. Joſeph, hanc dimidium acquiſiviſſe, &c. Quum diſſentiunt Abæus & Raba, conſtitutio ex mente Rabæ obtinet, præter *Iaal kagam*, in quibus ſequimur Abæum. Quum dicitur *Iaal kagam*, ſenſus eſt, iis conſtitutionum ſigna contineri. J. litera notat deſperationem ſine animadverſione: de qua Abæus judicat, eam non cenſeri deſperationem; at Raba eſſe deſperationem cenſet. Aa. denotat teſtem reprobatum, de quo in Sanedrin capite *Iudicia pecuniaria:* Teſtem reprobatum Abæus judicat retro etiam rejectaneum eſſe; at Raba inquit, eum dehinc & in futurū eſſe rejectaneum. L. denotat perticam, de qua in 'עירובי cap. 8. Perticam quæ ex ſe ibi eſt, Abæus perticam talē eſſe dicit; at Raba eſſe negat. Sed D. Tham dicit, L denotare dies partus, quibus quæ peperit non vidit, &c. K. in 'קידושי capite, *Vir deſponſans:* Arrham ſponſalitiam, quæ tradita non eſt ad legitimum concubitum, Abæus arrham ſponſalitiam eſſe affirmat; at Raba arrham ſponſalitiam cenſeri negat. G. indicat declarationem mentis, in גיטין capite *Mittens*: Mentis declarationem in repudii libello Abæus indicat repudii libellum non reſcindere; at Raba reſcindere libellum cenſet. M. notat refractarium, capite *Iudicia pecuniaria*: Refractarius eſt quum edit morticina ad luxuriam, &c.

In univerſa lege ubicunque diſſentiunt M. Aha & Rab-Ina, M. Aha ad

לחומרא ורבינא לקולא וסימנין חת ח' דרב אחא חומרא ׃ הלכת' כרבינא לקולא בר מתלת דרב אחא לקולא ורבינא לחומרא והלכתא כרב אחא לקולא׃ וסימנהון אומצא ביעי ומזורקי וכולן הלכות קבועות הן בחולין פרק גיד הנשה יעוין שם׃ ואין צורך לכותבם׃ והם כשחולקים הם בפני עצמם אבל כשאחרים חולקים עמהם לא שייך למימר הכי כן ראיתי בתוספות׃

הלכתא כמר בר רב אשי בכוליה גמרא בר ממיפך שבועת פרק שבועת הדיינין וחיורי פרק בהמה המקשה בענין צומת הגידין וסימניך הפך לבן כך פסק ר״ח וכן כתב רב אלפאסי והרב רבינו אשר ז״ל הביאו ב בפסקיו פרק בהמה המקשה ונראה ג״כ שזו היא סברתו ויש סברות חלוקות ונלאיתי לכותבן. ומה שפסק ר״ח המוסכם מהרוב ועיקר׃

הוי יודע שכל כלל שבגמרא כגון פלוני ופלוני הלכה כפלוני וכיוצא בו מהכללים שהזכרנו כולהו קימא לן הכי מסתמא בר מהיכא דמפר' בהדיא או מוכח מסוגיות הגמרא דלית

ad duriorem; & Rab-Ina ad mitiorem inclinant: cujus ſignum HD, ubi H Magiſtrum Aham, D duriorem partem notat. Conſtitutio ſecundum Rab-Inam ad mĩtiorem partem vergit, exceptis tribus: in quibus Magiſter Aha mitiorem; Rab-Ina duriorem partem tenet, & conſtitutio ſecundum M. Aham mitior decernitur. Horum ſignum, Cruda, ova, venæ jugulares: quæ omnia conſtitutionibus definita ſunt in חולין, capite *Nervus loco motus*. Videatur locus: nec neceſſe eſt ea ſcribere. Iſta porro intelligenda ſunt, quum inter ſe diſſentiunt; at ubi cum ipſis pugnant alii, ſic ſtatuere non convenit. Ita inveni in additamentis.

Statuitur ſecundum Marum filium Magiſtri Aſis in univerſa Gemara, excepta juramentorum permutatione (capite *Iuramentum judicum*) & albis (capite *Beſtia quum difficulter parit*) ubi de junctura nervorũ agitur: ſigna habes Lev. 13.3. *mutatus eſt in album*. Ita definivit D. Hananeël, ſimiliterque ſcripſit Mag. Alpheſi: & magnus Doct. noſter Aſcher l. m. id produxit in ſuis deciſionibus capite *Beſtia qua difficulter parit*; atque videtur etiam, hanc fuiſſe ejus opinionem. Sunt autem opiniones differentes, quas aſſcribere gravatus fui. quod verò definivit D. Hananeël à plurimis probatur & firmiſſimum eſt.

Scito omnes iſtas regulas in Gemara, exempli gratia, Si hic & ille diſſentiant, ſecundum N. ſtatuitur, & ſimiles regulas quarum meminimus, omnes inquam iſtas ita nobis abſolutè ratas eſſe: niſi ubi expreſſè declaratur, aut probatur è ſtilo ac phraſi ipſius Gemaræ, conſti-

הלכתא כהני · בכמה דברים פסיק הגמרא הלכתא נגד הכלל · ובאותן הדברים וכיוצא בהן אין סומכין על הכלל ואין משגיחין בבת קול · וכן אומר הרשבא בפרושיו פרק יש נוחלין ·

הפרק השלישי

קל פרק החולץ כל סתם משנה הלכה כסתם · סתם ואחכ מחלוקו׳ אין הלכה כסתם ו מחלוקת ואחר כך סתם הלכה כסתם משום דכיון דמייתי מחלוקת ברישא והדר סתם לן כחד משמע דקמו רבנן בטעמיהו דהך רבנן ומסתבר להו טעמא דהייך וסתם לן רבי כוותיה הילכך הלכה כאותן הסתם ׀ והם כחדא מסכתא אבל בתרתי מסכתי לא דקל אין סדר למשנה כלו׳ סדרא דמתניתין לאו דוקא ושמא המשנה האחרונה נשנית ראשונה בבית המדרש והוי סתם ואחב מחלוקת וכי אמרי׳ אין סדר למשנה הם לענין מחלוקת ואח: סתם מפני שרבי לא היה שונה לתלמידיו אלא במקום שלבם חפץ אבל רבי כשסדר המסכתות על

tutionem ita ſe non habere. Multis in rebus Gemara conſtitutionem contra hujuſmodi regulam generalem definit: in quibus rebus & ſimilibus, regulæ non innituntur, nec ad ſecundariam vocem divinam attendunt. Atque ita loquitur Magiſter noſter Samſon f. Abrahami in ſuis enarrationibus cap. *Sunt hæredes*.

Caput III.

Ratum nobis eſt cap. *Exuens*, Vbicunque Miſna abſoluta eſt, ſecundum abſolutam ſtatui; ubi poſt abſolutam movetur controverſia, ſecundum abſolutam non ſtatui; ubi verò poſt controverſiam abſolutè Miſna ſequitur, ſecundum abſolutam judicari. Quandoquidem enim initio producit author quorundam controverſiam, & rediens nobis ſecundũ unum abſolutè rem definit, intelligitur Doctores illorum magiſtrorum rationes expendiſſe, eiſq; illius rationem probatam fuiſſe; ideoque ſecundum illum Ribbi nobis Miſnam abſolutè tradidiſſe. ergo conſtitutio ſecundum iſtam abſolutam obtinet. Hæc dicta de uno codice; non verò de duobus codicibus intelligenda ſunt: nam penes nos ratum eſt, in Miſna ordinem non ſervari; quaſi dicas, ordinem Miſnarum præciſum non eſſe. Fortè enim Miſna poſterior in ſchola prius legebatur: atque ita præmiſſâ abſolutâ Miſnâ, poſtea ſequebatur controverſia. Cæterum quum dicunt in Miſna non ſervari ordinem, hæc verba de hoc caſu accipienda ſunt, quum poſitâ controverſiâ ſequitur abſoluta Miſna: quia Ribbi non docebat diſcipulos ſuos, niſi in iis quò ipſorum animus ferebat. At quum Ribbi codices diſponeret, ordine

הסדר סידרן ותריך טעם בכל מסכתא ומסכתא למה נשנית אחר שלפניה כמ״ש בשער ה הראשון בס״ד י וכלה נזיקין חדא מסכתא כדק״ל פ״ק דע״א וכן בפרק הגזל עצים פי' נזיקין תלתא בבי · סתם במשנה ומחלוקת בברייתא הלכה כסתם משנה אבל מחלוקת במתני' וסתם בברייתא לא דאם רבי לא שנא' רבי חייא מנין ליה ופעמים פוסק הגמרא כסתם ברייתא ואע״ג דסתם משנה פליג עליה וכגון דאשתכח בברייתא האי דתנן בלשון המשנה בשם יחיד כי הא דפ״ק דסוכה אבוי אשכחיה לרב יוסף דגני בכילת חתנים בסוכה א״ל כמאן וכו' עד א״ל שבקת מתני' ועבדת כברייתא א״ל מתני' יחידאה היא דתניא וכו' וכה״ג במקומות אחרים · אין למדין הלכה מפי משנה פי' כל מקום שאנו מוצאים במשנה והלכה כדבריו אין למדין ממנה לעשות בה מעשה ולעולם אין סומכין על פסק המשנה עד שיאמרו אנשי הגמרא שהיא הלכה ויורו בה כגון הא דתנן ביבמות איזהו ממזר שמעון התימני

dine eos diſpoſuit: & ratio in ſingulis cõdicibus requirebatur, ob quam traderentur poſt præcedentes: quemadmodũ dixi tractatu primo Dei auxilio fretus. Atque Codices de damno, unus Codex cenſentur: ſicuti nobis ſtatutum eſt cap. 1. de idololatria; & ſimiliter cap. *Rapiens ligna.* (per Codices de damnis intelliguntur tres Babæ.) Si in Miſna res abſolutè decidatur, & controverſia in Baraitha proponatur, ſecundum abſolutam Miſnam ſtatuitur; verum ſi controverſia ſit in Miſna & res abſolutè in Baraitha proponatur, ſecus fit: nam ſi Ribbi eam non docuit; unde Doctor Hija eam habuit? Aliquando Gemara ſecundum abſolutam Baraitham definit; quamvis etiam abſoluta Miſna ab illa diſſentiat. idq;, exempli gratia, quum invenitur in iſtiuſmodi Baraitha, hoc quod in Miſnico ſtilo legimus, unius nomine proponi. Sicuti illud capitis 1. סוכה: Abæus deprehendens Magiſtrum Joſephum ſub ſponſali papilione ipſo tabernaculorum feſto dormientem, ei dicebat, Secundum quem &c. ad hæc uſque verba, Dicebat ei, omiſiſti Miſnam, & ſecundum Baraitham feciſti. Cui alter regeſſit, Miſna ſingularis eſt: nam traditur, &c. Atque ſimilia alibi paſſim. Non diſcunt conſtitutionem ex Miſna: ſenſus eſt, ubicunque in Miſna invenimus, *Et conſtitutio ſecundum ejus verba obtinet*, inde non addiſcere homines ut ejus authoritate opus faciant; quin etiam nunquam inniti Miſnæ definitioni, donec Gemarici affirment, iſtam eſſe conſtitutionem, & per ipſam Miſnam doceant. Vti illud quod in יבמות legimus: Quis eſt ſpurius? Simeon Temanita re-

אומר כל שחייבין עליו מיתה בידי שמים והלכה כדבריו ולולא שאמרו בגמר' שהלכה כמותו לא סמכנו על פסק המשנה וכן כל כה"ג· אבל הגמר' שלנו סתמו הלכ' למעש' הוא שהרי להכריע המשנ' בו סתמוהו·

כל דתני לה גבי הלכתא פסיקת' הלכה היא כלומר כל דבר ששנה גבי הלכה פסוקה ואותו דבר לא שייך גבי אותה הלכה ואינו ענין לה ודאי לא תניא בהדא אלא משום פיסוק הלכה שפוסק התנא והולך עם כל אלו לומר שהלכה בזה כמו בזה כאותה ששנינו במציעא פר' השוכר כל המשנה ידו על התחתונה וכל החוזר בו ידו על התחתונה והך דכל המשנה לא שייכא למיתנייה התם כלל דהא לא איירי בההוא פירקא בשינוי אלא בחזרה אלא דהלכתא קא פסיק לה ואזיל כדפרש גמרא בבבא קמא בפרק הגוזל וכן כה"ג·

כל דתנא בבחירתה הלכה כוותיה · ובחירתא היא מסכת עדיות ונקראת כן משום דכל עדות שהעידו לשם אמת ודבר ברור וביום שמינו רבי אלעזר בן עזריה נתקנה אותה

ſpondet, Ob cujuſcunque generationem morte cœlitus immiſſa tenentur:& ſecundum ipſum ſtatuitur. Niſi autem in Gemara dixiſſent, ſecundum ipſum ſtatui, Miſnæ deciſioni non inniteremur, (ita ſimilia omnia;) ſed Gemaræ noſtræ abſoluta deciſio, eſt conſtitutio opere præſtanda: ecce enim illam ſcripſerunt,ut per eam ſuum Miſnæ pondus aſſignarent.

Quodcunque legitur apud conſtitutionem deciſam, eſt conſtitutio: quaſi dicas,quicquid docetur apud conſtitutionem definitam,cum tamen id ipſum apud iſtam conſtitutionem non quadret, nec ad eam ſpectet; certum eſt, id authorem unà non tradere,niſi propter deciſionem conſtitutionis quam definit: qui iſta omnia adducit,ut doceat,conſtitutionem ut in hoc; ſic illo ratam eſſe.Quemadmodum illud quod in Baba media legimus, capite *Mercede conducens:* Quicunque pactum immutat, ejus manus deprimitur, (id eſt ejus conditio deterior;) & quemcunque (facti) pœnitet, ejus conditio deterior. Atqui hoc *Quicunque immutat*, non quadrat ut ibi legatur ullo modo: quia ecce non tractatur iſto capite de immutatione; ſed de pœnitentia. verum id fit, quia author conſtitutionē decidens pergit: uti Gemara exponit primæ Babæ capite *Rapiens.* Ita etiam ſimilia.

Secundum omnem qui in electa Miſna docet, ſtatuitur. Electa Miſna eſt Codex עדיות: itaque vocatur, quia omne teſtimonium ſive omnis ſententia,quam ibi teſtantur, vera eſt & res clara. Cæterum quo die præfecerunt Doct. Eleazarum filium Azariæ, codex iſte correctus

המסכתא כדאמרינן פרק תפלת השחר תאנא עדיות בו ביום תקנום ולא היתה הלכה בבית המדרש שלא פירשוה וכו' ·

עדות הלכה היא כגון העיד רבי חנינא בן אנטיגנוס בפ״ק דחולין וכיוצ' בו בהרבה מקומות · ויש מי שאומר דדוקא עדות דלבתר מחלוקת אבל עדות גרידא לא ׃ וכן כל באמת אמרו הלכה היא ·

מסורת בידינו וביד כל ת״ח שכל מקום ששנינו בראש הפרק אמר. רבי פלוני כגון אמר רבי עקיבא מנין לע״א כך הוא הלכה ׃ וכל מקום ששנינו בראש הפרק רבי פלוני אומר כגון רבי אליעזר אומר דשבת אינה הלכה וכיוצא בזה בגמרא שכל מקום שאומר תנא דבי רבי ישמעאל כך הלכה וכל מקום שאומר דבי ר' ישמעאל תאנא אינה הלכה ·

אין הלכה כשיטה פי' כל היכא שאומר בגמרא פלוני ופלוני סבירא להו כך הויא שיטה וקבלה היא ביד הגאונים דלית הלכתא כשיטה והטעם יש מי שאומר מפני שדרך חכמים לאחוז בדרך קצרה ולפום דקא חזינא דקא מפרשי מאן דס״ל האי סברא ואמרי פלוני ופלוני אמרי כך

rectus fuit. Vt aſſerimus capite *Precatio matutina.* traditio eſt, Sententias ſive teſtimonia eo ipſo die recenſuerunt, nec in ſchola erat conſtitutio, quam non exponerent, &c.

Teſtimonium eſt conſtitutio. Vt, Teſtatus eſt Doctor Hanina filius Antigoni, capite 1. 'חולי: & ſimilia paſſim. Nonnemo aſſeverat, præciſè id teſtimonium quod controverſiæ ordine ſubjicitur; non verò teſtimonium ſimplex. Pariter omni, *Verè dixerunt*, conſtitutio exprimitur.

Traditio eſt in manibus noſtris & in manu omnium ſapientiæ ſtudioſorum, quod, ubicunque initio capitis legimus, Dixit Doctor N. (uti, Dixit Doctor Akiba, Vnde hoc Idololatriæ, &c.?) ita ſtatuatur. Adhæc, quod ubicunque initio capitis in Miſna legimus, Doctor N. dicit (ut, Doctor Eliezer inquit, Sabbathum &c.) non ita ſtatuatur. Et ſimiliter in Gemara, quod ubicunque dicitur, Tradit qui ex familia Doctoris Iſmaëlis eſt; ita ſtatuatur: at ubicunque dicitur, Qui ex familia Doctoris Iſmaëlis eſt, tradit; ita non ſtatuatur.

Non ſtatuitur ſecundum ſeriem conſentientium. ſenſus eſt, Vbicunque in Gemara dicitur, *Huic & illi, ipſis ita videtur*, eſt ſeries conſentientium. Traditum autem eſt per manus Illuſtrium, ſecundum ejuſmodi ſeriem non ſtatui. Rationem nonnemo hanc reddit, quod Sapientibus in more poſitum ſit, ut brevitati ſtudeant: ideoque quia videmus authores exponere, quibuſnam talis opinio probetur, & dicere, hic N. & ille N. ita loquuntur,

וידעינן דמיעוט הם האומרים כך ורובא איפכא סבירא להו ואמטול הכי מפרשי שמותייהו הילכך לית הלכתא כוותיה · דמאן דס״ל איפכא הם הרבים ויחיד ורבים הלכה כרבים ויליף האי טעמא מדאמר ר״מ אומר גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שבהמה טמאה מרובה מהטהורה לפי׳ פרט הכתוב בטהורה ושעופות הטהורים מרובים מהטמאים לפי׳ פרט הכתוב בטמאים · מאי קאמר לן לעולם ישנה אדם לתלמידיו דרך קצרה · ולפי זה הטעם נראה דאין חילוק בין היכא דאמרינן פלוני ופלוני כלהו סבירא להו כך וכך ובין היכא דאמרינן פלוני ופלוני אמרו דבר אחד דה״ל שוין הם בדברים ההם לגמרי וכל אחד מודה לדברי חברו וכה״ג לא חשיבא שיטה ואיפשר דהוי הלכתא כוותיהו · וא״ד שיטה היינו כגון פלוני ופלוני סבירא להו כך מפני שאעפי שהולכין בשיטה אחת אין כל דבריהם שוין ואין מודין זה לזה כאותה שבפ״ק דסוכה ב״ש ורבי יאשיה ור״ש ורבי יהודה כולהו סבירא להו סוכה דירת קבע בעינן ופליגי אהדדי ואינן שוין בדבר

cognoſcamus ipſos pauciores eſſe qui ſic loquuntur; plurimis verò contrarium videri: ideo enim eorum nomina exprimere. Itaque ſecundum illam non ſtatuitur: nam quibus contrarium videtur ſunt plures: atqui uno & pluribus diſſentientibus, ſecundum plures ſtatuitur. Cæterum hanc rationem ex eo didicerunt, quod D. Meïr dixiſſe feratur, Clarū ac notum coram eo, cujus dicto mundus conditus fuit, immūdam quadrupedē copioſiorē eſſe munda; ideoq; ſcriptura de munda ſpeciatim agit: quia autem aves mundæ plures ſunt quam immundæ; ideo Scriptura de immundis ſpeciatim agit. Quid nobis hic traditur? Semper hominem docturum ſuos diſcipulos compendio. Porrò ſecundum hanc rationem nulla differentia eſſe videtur, ſive dicamus, Quod hunc & illum attinet, iſtis omnibus hoc vel illo modo videtur; ſive dicamus, hic & ille eandem rem aſſerunt: quo indicatur, hos in iſtis convenire omnimodè, atque unumquemque verbis ſui ſocii aſſentiri. tamen ejuſmodi non cenſetur claſſis ſive ſeries conſentientium; & fieri poteſt ut ſecundum illos ſtatuatur. Sunt qui dicant, Series conſentientium eſt, veluti, *Huic & illi, ita ipſis videtur:* quia etſi una ſerie incedant, non tamen omnia eorum verba conveniunt, nec alter alteri ſuffragatur. Quemadmodum illud, quod legitur cap. 1. סוכה: Familiam Schammæi & Doctorem Joſiam & Doctorem Simeonem & Doctorem Judam quod attinet, omnibus iſtis videtur, ut tugurium cenſeatur, nos habitationem fixam requirere. Attamen à ſe invicem diſſident, nec in ipſa re conveniunt

לגמרי ולב"ש הכשר סוכה בכדי ראשו ורובו ושלחנו · רבי יאשיה בעי ד' אמות ׃ ור"ש בעי ג' דפנות ורביעית אפילו טפח וכן כולהו כדאיתא התם ולפי זה אין מודין זה לזה · ובכל חד מניהו פליגי רבנן עליה והוי יחיד ובטל במיעוטו ובנין אב שממנו למדו הגאונים שאין הלכה כשיטה בפרק אי זהו נשך ׃ אמר רב נחמן הלכה כרבי יהודה והלכה כרבי יוסי והלכה כרשב"ג א"ל שיטה איתמר דאי לא תימא הכי הלכה הלכה למה לי לימא הלכה כרבי יהודה דמיקל בכולהו אלא ש"מ שיטה איתמר והתם נמי לא מודו אהדדי וכן כה"ג מסתמ' לית הלכתא כחד מניהו אלא היכא דפסיק הגמרא בהדיא כחד מניהו או דמוכח הכי ומפרק לה הכי משיטה כי ההיא דסוכה דפסיק רבא הלכה כר"ש וכל כיוצא בזה כן כתב הר"ן ז"ל בפירוש הלכותיו פ"ק דסוכה ·

niunt omnimodè: nam ad Schammæi familiam quod attinet, ipſa legitimum tugurium cenſet, quum ſufficit ut hominis caput, majoremque partem, & menſam capiat; Doctor Joſias quatuor cubitos exigit; Doctor Simeon tria latera requirit, & in quarto ſaltem palmum: ita omnes diſſident; uti illic videre eſt: ideoque alter alteri non aſſentitur. Et contra illorum unumquemque ſentiunt Magiſtri: itaque ille unus, & fruſtra eſt, ob ſuam paucitatem. Cæterum principii conſtitutio, unde Illuſtres didicerunt, ſecundum ſeriem conſentientium non ſtatui, extat capite, *Quæ eſt uſura?* Dixit Magiſter Nahman, ſecundum Doctorem Judam ſtatuitur; ſecundum Doctorem Joſen ſtatuitur; ſecundum Doctorem Simeonem f. Gamalielis ſtatuitur. Reſpondit alius, Vocatur ſeries conſentientium: ni enim ita dixeris, quid mihi cum *ſtatuitur*, *ſtatuitur?* dicendum fuiſſet, Statuitur ſecundum Doct. Judam, qui in iſtis omnibus mitius ſentit. ſed hinc diſcas, eam vocari conſentientium ſeriem; atque iſtic etiam ſibi invicem non aſſentiri. Ita in ſimilibus abſolutè ſecundum illorum unum non ſtatuitur; niſi ubi Gemara perſpicuè decidit ſecundum illorum unum, aut ubi ſic arguitur, & è ſerie ita eruitur. Quemadmodum illud de tugurio: ubi Raba conſtitutionem ſecundum D. Simeonem definit. & ſimilia omnia. Ita ſcripſit D. Niſſin l. m. in ſuarum conſtitutionum expoſitione c. 1. סוכה.

כל מקום ששנים חולקים ואחד מכריע הלכ' כדברי המכריע וה"מ במתני' אבל בבריתא לא כן פוסקים הגאונים וכן הרי"ף ז"ל

Vbicunque duo diſſident; unus verò determinat, ſecundum determinantis verba ſtatuitur. Quæ dicuntur de Miſna; non verò de Baraitha. Ita definiunt Illuſtres, ſimiliterque D. Joſeph Alpheſi l. m.

בפ"ק

בפ̇ק דקרושין דהא ספיקא הויא בשבת פרק כירה ולא איפשיטה ההכרע יש מי שאומר דהיינו כשהשלישי סבירא ליה כחד מניהו לגמרי או כחד מניהו בדבר אחד דהורת ליה מכריע מאותו דבר שני' כנגד אחד והויא ההכרעה כמו בכף מאזנים שהשנים מכריעין את האחד כאותה ששנינו בברכות בש̇א מברך על השמן ואח̇כ על ההדס ובה̇א מברך על ההדס ואח̇כ על השמן אמר ר' עקיבא אני אכריע שמן זכינו לריחו וזכינו לסיכתו הדס לריחו זכינו לסיכתו לא זכינו והל' רבי עקיבא לגמרי כב̇ש וכל כה̇ג הויא ה הכרעה בכל הגמרא · אבל כשהג' אומר דבר חדש לא כמר ולא כמר כמ̇ש בכמה דוכתי' פלוני אומר לא כדברי זה ולא כדברי זה הוי הכרעה שלישית וקימא לן דהכרעה שלישית אינה הכרעה ׳ והתוספות אומרים דלא הויא הכרעה אלא כגון שהחולקין הזכירו בפירוש בדבריה' שיש סבר' לחלק אלא שסוף סוף אין נראה לחלק אז כשיבא השלישי ויחלוק כיניהם הוי מכריע כאותה שבפרק כירה לא ישטף אדם כל גופו בין בחמין בין

capite I. קדושין: ubi dubium occurrit de Sabbatho, è capite *Teſtus*, nec ſolvitur. Quod ad determinationem attinet, quidam eam eſſe dicit, quum tertio ſecundum alterutrum omninò videtur; aut ſecundum alterutrum in re quadam: quod in iſta re duo è regione unius appendat, adeoq; determinatio ſe habeat quemadmodum in bilance, ubi duo unum deprimunt. Sicuti illud quod in ברכות legimus: Familia Schammæi ſtatuit, benedicendum eſſe oleo, poſtea verò myrto; at Hillelis familia aſſerit, benedicendum eſſe myrto, poſtea demum oleo: ſubdit Doct. Akiba, ego determinabo. oleum obtinemus ob odorem ſuum, pariterque ob unctionem ſuam; myrtum ob odorem ſuum, non verò ob unctionem ſuam acquirimus. ubi convenit Doctori Akibæ planè cum familia Schammæi. Et omnia ſimilia continent determinationem per univerſam Gemaram. Verum ubi tertius rem novam profert, nec ſecundum hunc, nec illum magiſtrum (quemadmodum dicitur pluribus locis, Ille N. nec ſecundum hujus, nec illius verba loquitur;) eſt determinatio tertia. ſtatutum verò apud nos, determinationem tertiam non cenſeri determinationem. Additamenta verò inquiunt, non eſſe determinationem, niſi quum diffidentes expreſſè verbis ſuis indicant ſubeſſe diſtinguendi rationem; ſed quod tandem viſum non fuerit diſtinguere: ubi tum acceſſerit tertius & inter eos diſtinxerit, eſſe ipſum ſequeſtrum. Quemadmodum illud capitis *Teſtus*, Non immerget homo totum corpus ſuum ſive calidis, ſive frigidis aquis,

בצונן דברי ר"ם ורבי שמעון מתיר · רבי יהודה אומר בחמין אסור בצונן מותר · הנה דרבי מאיר ורבי שמעון החולקין הזכירו בדבריהם חמין וצונן שיש סברא לחלק אלא דמכל מקום לא נראה להם לחלק וכשבא רבי יהודה וחילק הוי מכריע · וכן כל כה"ג · אבל כשהחולקי' לא גילו בדעתם שיש סברא לחלק ובא הג' וחילק הוי הוא אמצעי ביניהם ואפילו שאינו אומר דבר חדש הויא הכרעה שלישית ואינה הכרעה כי האי דפ"ק דפסחים חבית של תרומה שנטמאה בש"א תשפך הכל פי' מיד משום תקלה · ובה"א תעשה זיוף פי' מעט מעט · אמר רבי ישמעאל בר יוסי אני אכריע בשדה תשפך הכל ובבית תעשה זיוף אמרו לו אין הכרעה שלישית מכרעת פי' משום דלא הזכירו ב"ש וב"ה בדבריהם בית ושדה ולא גילו דעתם שיש סברא לחלק בין בית לשדה לכך לא חשיב רבי ישמעאל בר' יוסי מכריע וכן כל כה"ג הויא הכרעה שלישית ואינה הכרעה ·

מצינו תנא משבח דברי חבירו החולק עליו ואעפ"כ אין הלכה כדברי המשנה שלהי

aquis, ut ait D. Meïr; at Doctor Simeon permittit: Doctor Judas inquit, calidis immergere vetitum; frigidis, licitum. Ecce, Doctor Meïr & Doctor Simeon diſſidentes,verbis ſuis meminerunt calidarũ & frigidarum,ſubeſſe diſtinguendi rationem;ſed nihilominus viſum ſibi non fuiſſe diſtinguere. itaque ubi acceſſit Doctor Judas & diſtinxit,factus eſt ſequeſter. Ita ſimilia omnia.Sed quando diſſidentes nõ declarant de mente ſua, ibi fuiſſe diſtinguendi rationem,atq; venit tertius qui diſtinguit; factus is medius eſt inter ambos iſtos: & quamvis nihil novi dicat, eſt determinatio tertia, quæ non cenſetur determinatio. Vt illud c. 1. 'פסחי: Dolium oblationis quæ contaminata fuit, familia Schammæi præcipit effundi totum,id eſt, eveſtigiò propter ſcandalum; at familia Hillelis vult fieri rejectaneum, nempe ut paulatim effundatur. dicit Doctor Iſmaël filius Joſes, Ego determinabo. In agro totum effundatur; domi verò rejectaneum fiat. Ei regeſſerunt, Determinationem tertiam non verè determinare. Senſus eſt: quia familiæ Schammæi & Hillelis verbis ſuis non meminerunt domus & agri, neque mentem ſuam expreſſerunt,ſcilicet ſubeſſe rationem diſtinguendi inter domum & agrum; ideo Doctorem Iſmaëlem filium D. Joſes non cenſeri ſequeſtrum, ſive determinaſſe. Ita ſimilia omnia continent determinationẽ tertiam, quæ non cenſetur determinatio.

Invenimus, Miſnicum Doctorem ſui collegæ ſecum diſſidentis verba laudare; cum tamen ſecundum laudati verba non ſtatuatur. Sub finem cap. *Sim-*

גט פשוט אר׳ ישמעאל הרוצה שיחכי׳ יעסוק בדיני ממונות והרוצה לעסוק בדיני ממונות ישמש שמעון בן ננס ׃ ואומר בגמרא אע״ג דקלסיה רבי ישמעאל לבן ננס הלכה כרבי ישמעאל וכה״ג אשכחן גבי אמוראים בפרק כיצד מברכין קורא רב יהודה אמר בורא פרי האדמה · ושמואל אמר שהכל ׃ ואמר ליה שמואל לרב יהודה שיננא כותך מסתברא ואומר בגמרא עלה אע״ג דקלסי׳ שמואל לרב יהודה הלכתא כותיה דשמואל וכן ברוכתי אחריני לא חייש הגמ׳ לדברי המשבח ·

אין · הלכה כתלמיד במקום הרב ודוקא עד רבא אבל מכאן ואילך ק״ל הלכתא כבתראי ואפילו תלמיד במקום הרב כן אומרים הגאונים וכן בתוספות ·

נקיטינן בכל איכא דאמרי שבגמרא כן הלכה ושלא כדברי הר״יבא ז״ל שהיה אומר דכל א״ד טפל לגבי לשון ראשון כי רב אשי סדר לשון המרובים והעיקר בתחלה וכל לשון היחידים והטפל אומר א״ד ורבינו תם היה פוסק דכל א״ד בשל תורה הלך אחר המחמיר בשל סופרים הלך

plex repudii libellus: Dicit D. Iſmaël, Qui vult aliis ſapere, occupetur in ſtatutis pecuniariis: & qui occupari vult in ſtatutis pecuniariis, miniſtret Simeoni filio Nenaſi. Hic dicitur in Gemara, Quamvis eum laudet Doctor Iſmaël, ſcilicet filium Nenaſi; ſecundum D. Iſmaëlem ſtatuitur. Hoc modo invenimus apud Gemaricos cap. *Quomodo benedicunt?* ad verbum *legit:* Magiſter Judas dicendum cenſet, Creans fructum terræ; at Samuel arbitratur, Cujus manu omnia, &c. atque Samuel dicit Magiſtro Judæ, Subtiliſſime, ſecundum te ſentiendum. Sed ea de re in Gemara dicitur, Quamvis Samuel Magiſtrum Judam laudet; ſecundum Samuelem ſtatuitur. Ita alibi Gemara laudantis verba non moratur.

Secundum diſcipulum loco præceptoris non ſtatuitur; nimirum uſque ad Rabam: at dehinc & ulterius penes nos ſtatutum, ſecundum poſteriores ſtatui; quinetiam ſecundum diſcipulum loco præceptoris. Ita Illuſtres judicant; ſimiliterque in additamentis.

Admittimus, quod ubicunque in Gemara dicitur, *Sunt qui dicunt*, ita ſtatuatur. nec ſequenda verba D. Judæ f. Abrahami l. m. qui dicebat, ſemper, *Sunt qui dicunt*, cedere iis qui in priori ſermone memorantur: quod Magiſter Aſe diſpoſuiſſet plurium dictum & principale in initio, & de quovis unius dicto & minoris momenti dixiſſet, *Sunt qui dicunt*. Sed Doctor noſter Tham definiebat, ubicunque extaret, *Sunt qui dicunt*, in legalibus, ſequendum eſſe eum qui aggravat; at in eis quæ ad Scribas pertinent, ſequen-

dum

אחר המיקל ורזיק לה מהא דאמרינן בע״א פ״ק שניהם שוים בשל תורה הלך אחר המחמיר וכו' בתוספו' ע״א עיין שם·

כל היכא דאמרינן לאפוקי לית הלכתא כי האי דמפקי' מגירה בפרק אלו נערות לאפוקי מהאי תנא דתניא וכו' כלו' מתני' אתא לאפוקי מהאי תנא וכן בכל דוכתא· ויש מי שאומר שאין זה כלל בכל הגמרא שיש לאפוקי שכך הלכה· וכך אומר רבינו ברוך בספר התרומה בהלכות ע״א ויין נסך·

כל היכא דאמרינן תיובתא דפלוני תיובתא נדחו לגמרי דברי אותו פלוני שבאה עליו התיובתא ולית הלכתא כותיה כל עיקר והיכא דאמרינן קשיא דפלוני קשיא לא נדחו דברי אותו פלוני לגמרי אבל הדבר תלוי ועומד הוא וכי מעיינת בהך קושי' שפיר מתרצה הילכך איפשר והלכתא כותיה כך הוא קבלת בידינו מהגאוני' ז״ל וכן בתוספות ובערוך בערך תיובתא·

ספיקא דאוריתא לחומרא וספיקא דרבנן לקולא וספק ספיקא אפילו מדאורייתא לקולא וקבלתי ממורי החכם נר״ו שלא נקרא' ספק ספיקא

dum eſſe eum qui allevat. idque hinc eliciebat, quod legamus Cod. de Idololatria cap. 1. Quum duo pares ſunt in legalibus, ſequendus is qui aggravat, &c. in additamentis de Idololatria:illic videas.

Vbicunque dicimus *Ad excludendum*, non eſt conſtitutio:ut illud quod excludimus ab illo N. dictum, capite *Ha puellæ:* Ad excludendum quod Miſnicus ille ſtatuit; quia traditur, &c. Quaſi dicas, Miſna procedit ad excludendum quod Miſnicus ille ſtatuit. Sic paſſim. Eſt etiam nonnemo qui affirmat, id generale non eſſe per totam Gemaram: quum repetiatur etiam *Ad excludendum*, ubi ita ſtatuitur. Ita inquit Doctor noſter Baruch, libro oblationis, in conſtitutionibus de Idololatria, quum agit de vino libaminis.

Vbicunque dicimus *Confutatio iſtius N. manet*, rejiciuntur omninò verba illius N, contra quem venit confutatio, nec ſecundum eum ſtatuitur ullo modo. At ubi dicimus, Difficultas iſtius N. manet, non omninò rejiciuntur verba illius N; ſed res ſuſpenditur atque ita relinquitur. Quum verò attendis ad iſtam difficultatem, bene quandoque ſolvitur. Quocirca fieri poteſt, ut ſecundum illum ſtatuatur. Hujuſmodi traditio eſt in manibus noſtris ab Illuſtribus l. m. accepta; ſimiliter in additamentis & in Aruch ad vocem תיובתא.

Dubium legis ad graviorem vergit partem; magiſtrorum verò ad leviorem: dubii dubium, etſi ipſius legis, ad leviorem. Et à Domino meo ſapientiſſimo (quem ſervet ac redimat Deus miſericors) accepi, non vocari dubii du-

ספיקא אלא המתהפכת מב׳ צדדים כלומר אי זה צד שתקח בראשונה משכחת לה ספק ספיקא אבל אם אינה מתהפכת לא מיקרי ספק ספיקא ואיפשר דלחומר׳ דיינינ׳ לה כדין ספקא אחת והמשל כגון ספק נגע ספק לא נגע· ואם תמצא לומר נגע ספק שרץ ספק צפרדע· ואם תמצא לומר שרץ ספק נגע ספק לא נגע· וכן כל כי האי גונא הויא ספק ספקא· ואשר אינה מתהפכת כגון ספק נכנס ספק לא· נכנס ואם תמצא לומר נכנס ספק נגע· אבל להפך לא יש שתי ספקות שכשתקח בראשונה ספק נגע ספק לא נגע· ואם תמצא לומר נגע לא תוכל לומר שוב ספק נכנס ספק לא נכנס וכן כל כי האי גונא לא הוי ספק ספקא וכן אומר בתוספות הריבש ז״ל בשם התוספות:

נקיטינן תיקו דאיסורא לחומרא ודממונא לקולא·

כל הלכה שהיא רופפת בידך פוק חזי מה עמא דבר ונהוג כן ׀ כן אומר הירושלמי·

המנהג שאמרו מבטל ה הלכה הקא׳ מנהג ותיקון אבל מנהג שאין לו ראיה ולא טעם מנהג טעות הוא ואינו

bium,niſi quòd ab utraque parte controverſum eſt (quaſi dicas,quamcunque partem prius ſumas, in ipſa dubii dubium invenis:)at ſi non ſit ita controverſum, non vocari *dubii dubium*; & fieri poſſe ut id ipſum graviori parti adjudicemus, inſtar dubii ſimplicis. Exempli gratia: ut, dubium ſit tetigeritne, an non tetigerit. ubi ſi dicere poſſis tetigiſſe,dubium relinquitur, reptilene ſit an rana. quod ſi dicere poſſis reptile eſſe, dubium eſt tetigeritne, an ſecus. Ita omnia ſimilia ſunt dubii dubium. Quod verò ſic controverſum non eſt (ita ſe habet,) veluti,dubium eſt an ingreſſus ſit, an non; & ſi dicere poſſis ingreſſum eſſe, dubium, an tetigerit. at vice verſa non ſunt duo dubia: nam quum priùs ſumis,dubium an tetigerit an non,ſi tum dicere poſſis tetigiſſe; non poteris denuò dicere,dubium eſſe ingreſſuſne ſit, an non ingreſſus. Ita ſimilia omnia non continent dubii dubium. Ita etiam loquitur in additamentis D. Judas f.Simeonis l. m. authoritate additionum.

Accipimus, *Tisbi ſolvet difficultates & quæſtiones:* quoad interdicta ceremonialia in partem graviorem; quoad pecuniam in leviorem.

In omni lubrica conſtitutione quam habes, prodi & diſpice quid populus dicat, atque ſic aſſueſce. Ita inquit Jeroſolymitanum Talmud.

Quam conſuetudinem dicunt irritam reddere conſtitutionem, præciſè de conſuetudine cum rationali correctione conjuncta accipe. at conſuetudo argumento & ratione deſtituta, eſt conſuetudo erroris: nec ſecus ſe habet, quam

אלא בטעה בשיקול הדעת׃

כל המיקל בארץ הלכה כמותו בחוצה לארץ גבי תרומה ומעשרות בכל דוכתא בגמרא׃

כל היכא דאיתמר תניא כוותיה דפלוני הלכה כמותו׃

כל היכא דפליגי תרי תנאי אליבא דחד במשנה אחת הלכה כתנא בתרא שהראשון היה בנערותו והשני היה בזקנתו וכן אומר הכריתות בפ״ק דכלאים תנן התם רבי מאיר אומר בשם רבי ישמעאל כל ג׳ דלועין בית סאה וכו׳ רבי יוסף בן החוטף אומר בשם רבי ישמעאל כל שלשה דלועין בית כור׃ תרכינן עלה בירושלמי אמר רבי אסי בר בון בוא וראה מה בין תחלת ר׳ ישמעאל לסופו שתחלתו בית סאה וסופו בית כור׃ פי׳ מה ששנה לר״מ היה בתחלת ימיו ולרבי יוסף בסוף ימיו׃

תם ונשלם תהלה
לאל עולם׃

quam ſi quis mentis conſideratione erret.

Quicunque rem in terra Canaan allevat, ex ejus mente eſt conſtitutio, extra terram in oblatione & decimis, per univerſa Gemaræ loca.

De quocunque dicitur, Baraitha eſt ſecundum illum N. ſecundũ eum ſtatuitur.

Vbicunque diſſentiunt duo Miſnici Doctores de alicujus mente in quadam Miſna, ſecundum poſteriorem Doctorem ſtatuitur: quia prior in ipſius juventute; poſterior in ſenectute vixit. Ita loquitur autor Cerithouth cap. 1. כלאים: Ibi legimus, D. Meïr inquit, nomine Doctoris Iſmaëlis, Omnes ternæ cucurbitæ implent ſpatium ſeæ, &c. at D. Joſeph filius raptoris nomine D. Iſmaëlis ait, omnes ternas cucurbitas implere ſpatium cori. Qua de re in Jeroſolymitano legimus, dixiſſe Doctorem Aſen filium Boni, Veni, vide, quid D. Iſmaëlis initio interſit finis: quia initio dicebat ſpatium ſeæ; in fine verò cori. Senſus eſt, Quod docuit ſecundum D. Meïrum, dierum ſuorum initio docuit; ſecundum D. Joſephum verò, ſub vitæ finem docuit.

Abſolutum ac perfectum eſt.
Laus Deo æterno.

Hic liber eſt Introductio ad Gemaram, Doctoris Samuelis Præfecti l. m.

ITa infit author, Gemara dividitur in partes duas, Miſnam; &, Miſnæ enarrationem, quæ propriè eſt Gemara. Miſna eſt quæ vocatur lex ore tradita: eſtq; fundamentum legis, quam derivarunt à beato M. D. noſtro, ad tempora uſque beati Doctoris noſtri ſancti (is eſt Doct. Judas Princeps,) nam illam conſcripſit, ut in longa tempora permaneret, ne oblivioni traderetur à legentium animo & periret. Atque ipſa enarratio etiam in partes duas dividitur; una eſt conſtitutio ſtabilis; altera verò conſtitutio quæ loco moveri poteſt. Stabilis eſt, quam didicerunt ex ore beati M. D. noſtri; Moſes verò ab Omnipotente: ſive unius; ſive plurium verbis contineatur: uti ſuo loco explicabo. Similiter conſtitutio controverſa atque inſtabilis eſt, quæ non derivatur doctrina ſtabili: ſive unius; ſive plurium ſermone feratur. Quod ſi arguens quis ita regerat, Quare ſcripſit beatus Doctor noſter ſanctus verba quæ conſtitutionem non continent? atqui nonne præſtaret verba conſtitutionis tantum ſcripſiſſe? reſpondere poteris, priſcorum ſapientum ſingulos pro ſe ipſo derivaſſe quicquid didiciſſent: ſive dictum quod eſſet conſtitutio; ſive dictum quod conſtitutio non eſſet. at quum venit Doctor noſter ſanctus, ut nobis iſta ederet, neceſſe habuit con-

זה ספר מבוא הגמרא לרבי שמואל הנגיד ז״ל

אמר המחבר הגמרא נחלק לשני חלקים. משנה ופי׳ המשנה והוא הגמרא המשנה היא הנקראת תורה שבעל פה והיא יסוד התורה שהעתיקו ממשה עד ימי רבינו הקדוש ע״ה והוא רבי יהודה הנשיא. כי כתבה למען תעמוד ימים רבים פן תשכח מלב הקוראים ותאבד. והפי׳ הזה יתחלק גם הוא לב׳ חלקים. האחד הלכה מקויימת והשני הלכה דחויה. המקויימת היא שלמדו מפי משה ומשה מפי הגבורה בין שתהא דברי יחיד בין שתהא דברי רבים כמו שאפרש במקומו וכמו כן המחלוקת הדחויה היא שלא נעתקה מגמר מקויים בין שתהא דברי יחיד או דברי רבי׳ ואם יטען טוען למה כתב רבינו הקדוש ע״ה דברים שאינם הלכה והלא מוטב לכתוב דברי הלכה תוכל להשיבו כי החכמים הקדמונים כל אחד ואחד העתיק לנפשו מה שלמד בין דבר שהוא הלכה בין שאינו הלכה. וכשבא רבינו הקדוש להעתיק הוצרך לכתוב אותם

ſcribere

הדברים שאינם הלכה כדי שלא יהא רשות למי שלמד מהם לומר כך וכך למדתי מפי פלוני ופלוני ואם יאמר ישיבוהו שאינם הלכה מקויימת וכן אמרו ז״ל במסכת עדיות למה הזכירו דברי יחיד בין דברי רבים לבטלה שאם יבא אדם ויאמר כך וכך שמעתי יאמרו לו מאיש פלוני שמעת כלומר ואינו הלכה

והחלק הב׳ משני חלקים שלפי המשנה יתחלק לכ״א חלקים ואלו הן תוספתא וברייתא פירוש שאלה תשובה קושיא ופירוק ותיובתא וסיוע ורמיה והתקפתה והצרכה ומעשה ושמעתא וסוגיא והלכה ותיקון והגדה והוראה ושיטה ושנוי

התוספתא הוא שיור המשנה וסימנא תאנא ובשתבא בעקבי המשנה היא הלכה מקויימת

והברייתא כל הספרים שהעתיקו הקדמונים ז״ל אחר המשנה כמו משנת ר׳ חייא ומשנת רבי אושעיא ומשנת ר׳ אליעזר בן יעקב ומכילתא דרבי ישמעאל ואותיות דרבי עקיבא ותורת כהנים הוא ספרא והוא ספר ויקרא לבדו וספרי במדבר סיני ואלה הדברים וכיוצא

ſcribere iſta dicta, quæ non eſſent conſtitutiones: ne facultas eſſet ei, qui ab illis didicerat, dicendi, Hoc vel illo modo iſtud didici ex ore huius vel illius; & ſi diceret, ipſi reſponderetur, non eſſe conſtitutionem ſtabilem. Ita dixere Sapientes l. m. Codice עדיות. Quare memorantur cum dicta unius, tum dicta plurium quò irrita fierent? Vt, ſi procedat quis, ac dicat, hoc vel illo modo didici; reſpondeant ei, Ab illo N. didiciſti: quaſi dicas, Atque illius dictum conſtitutio non habetur.

Pars ſecunda è duabus partibus ad enarrationem Miſnæ ſpectans dividitur in partes 21. quæ ſunt, Additio; Exotica conſtitutio; Expoſitio; Interrogatio; Reſponſio; Difficultas; Solutio; Confutatio; Confirmatio; Objectio ſive oppoſitio; Impugnatio; Neceſſitas; Exemplum; Placitum; Stilus; Conſueta conſtitutio; Provocatio ad Eliam; Popularis enarratio; Demonſtratio; Claſſis ſive ſeries rejectanea; & Variatio.

Additio eſt Miſnæ reſiduum, ejuſque ſignum eſt, *Traditio antiqua*: quæ ubi occurrit ad calcem Miſnæ eſt conſtitutio ſtabilis.

Exotica conſtitutio dicitur de quibuſvis libris, quos ediderunt antiqui l. m. poſt Miſnam. Vt Miſna D. Hijæ, & Miſna D. Oſchajæ; item Miſna D. Eliezeris filii Jacobi, & Cornucopiæ D. Iſmaëlis; nec non Alphabetum Doctoris Akibæ. Item lex ſacerdotum, quæ dicitur *Liber*, eſtque ſolus liber Leviticus; & *Libri*, id eſt, Numeri, & Deuteronomium (puta com-

mentaria in dictos libros) & ſimilia ſcripta. Signum porrò exoticæ conſtitutionis eſt, Tradunt Magiſtri, Tradit quidam, & Traditio alia. Atque quicquid illorum omnium non vocatur in controverſiam eſt conſtitutio ſtabilis; ſed ubi in controverſiam vocatur, in eo ſequuntur conſtitutionis deciſionem,

Expoſitio eſt, quæ ad Miſnæ calcem occurrit, ad percipiendũ ea quæ ad Miſnam pertinent. quum in ipſam cadit quæſtio, quid ſibi velit, tum ejus expoſitio ſequitur.

Interrogatio eſt quæſtio. cujuſmodi quædam eſt qua cœtus cœtum interrogat, ejuſque ſignum eſt, *Inter ipſos quæritur*; quadam verò cœtus unum aliquem interrogat, ut cum dicitur, *Quæſiverunt ex ipſo*; alia denique unus quidam alterum interrogat, cujus ſignum, *Quæſivit ex ipſo*. Et conſueta conſtitutio in interrogatione, ſecundum reſponſa obtinet.

Reſponſio accedit ad interrogationes iſtas: & ſtabilitur ſecundum conſtitutionis determinationem.

Difficultas continet controverſiam quæ cadit in ea quæ accepta ſunt: nec controverſans controverſabitur de conſtitutione ſtabili. Quod ſi controverſantur contra plures, id deſignatur per *Excipiunt*; ſin contra unum, *Regeſtum eſt ei*.

Solutio eſt difficultatis enodatio. & quum de ipſa non controverſantur, habetur conſtitutio ſtabilis.

Confutatio verò conſtitutionem irritam facit argumento perſpicuo. & conſtitutio obtinet ſecundum vim argumenti ipſius confutationis.

Confirmatio autem eſt, quæ procedit ad confirmandum & ſtabiliendum

וכוצא בהם וסימן הברייתא תנו רבנן ותני חדא ותניא אידך ומה שלא נחלקו עליו מכל הדברים האלה היא הלכה מקויימת ומה שנחלקו עליו הלך בו אחר פסק ההלכה:

ופירוש הוא הבא במקבי המשנה להבין ענייני המשנה כשיבא עליו מאי כך יבא הפירוש עליו:

ושאלה היא בעיא ממנה שהיא שאלת קהל לקהל וסימנא איבעיא להו. וממנה שאלת קהל מן יחיד והוא בעו מיניה וממנה מיחיד ליחיד והיא בעא מיניה וההלכה בשאלה לפי התשובות:

תשובה היא באה על השאלות האלה ותתקיים לפי פסק ההלכה:

הקושיא היא המחלוק' הבא על השמוע' ולא יחלוק החולק בהלכ' מקויימת: ואם היו החולקים לרבים הסימן מתיבי ואם ליחיד איתיביה:

והפירוק הוא פי' הקושיא וכשלא נחלקו היא הלכה מקויימת׳

ותיובתא היא מבטלת ההלכה בראיה ברורה והלכה כפי החזק ראיית התיובתא:

והסיוע הוא הבא לחזק

ההלכה ולקיומה להיותה הלכה מקויימת מחוזקת. וסימנא לימא מסייע ליה ·

ורמיה היא הבאה להקשות דבר מקויים ולבטלו · והסימן ורמינהי ·

וההצרכה היא הבאה לקיים שני ענינים והסימן צריכא ·

וההתקפתא היא מענין הקושיא והיא לאמוראים והם האחרונים · וסומנא מתקיף לה רבי פלוני · והלכה בזו כמו המיתיבי ואיתיביה ·

ומעשה הוא הבא על ההלכה והמעשה יעשה על ההלכה ותתקיים ·

ושמעתתא היא שם כל הלכה שתבא בענין תורה ולא בדבר אחר ·

וסוגיא היא קריאת הגמרא על בוריו ושאלותיו ותשובותיו ·

והילכתא כשיחלוקו בשום דבר הלכה הוצרכו לומר הילכתא כך וכך ·

ותיקו בספק שיסתפק הגמרא בשום דבר הלכה ואין יודע להשיב עליו ותשאר ההלכה בספק אם הוא בענין ממון לקולא · ואם הוא בענין אסור לחומרא והממון המוטל בספק חולקים אותו

liendum conſtitutionem, ut ſit conſtitutio ſtabilis ac roborata. Hujus ſignum eſt, *Dici poteſt, quod ipſi ſuffragatur.*

Oppoſitio ſive objectio eſt, quæ procedit ad impugnandum id quod ratum eſt, idemque abolendum. Cujus ſignum eſt, *Objiciunt iſtud.*

Neceſſitas eſt quæ occurrit ad utramque rem ſtabiliendam. cujus ſignum, *Neceſſe eſt.*

Impugnatio ſimilem habet *difficultati* ſignificationem: reſpicitque Gemaricos Doctores, qui poſteriores ſunt. Ejus ſignum eſt, *Impugnat iſtud Doctor* N. Atque hac in re conſuetudo, qualis in illis, *Excipiunt, Regeſtum eſt ei.*

Exemplum eſt quod conſtitutioni ſubjungitur: exemplumque pro conſtitutione facit, ut conſtabiliatur.

Placitum eſt nomen cujuſvis conſtitutionis, quæ occurrit in legis Moſaicæ negotio; non verò alia in re.

Stilus verò eſt loquendi modus, quo Gemara eleganter res declarat, interrogat, atque reſpondet.

Conſtitutionem conſuetudine receptam quod attinet; quum controverſantur in quodam conſtitutionis negotio, neceſſe habent dicere, conſtitutum eſt hoc vel illo modo.

Vbi ad Eliam provocatur (hic mos obtinet:) In dubio quo dubitat Gemara in quodam conſtitutionis negotio, ut de eo reſpondere neſciat, maneatque conſtitutio dubia, ſi hoc fiat in negotio pecuniario, ad leviorem; ſin verò in interdicto, ad graviorem partē inclinant: pecuniam a. in ancipiti poſitam partes con-

בעלי הדינין בשוה ויש אומרים המוציא מחבירו עליו הראיה ודבר אסור והתר כשיבא בספק הוה יעמידוהו על האיסור ·

ושנוי הוא כשיחלוקו על שום חכם וישנה כדי להוציא עצמו מן המחלוקת ולקיים את דבריו · וצריך החולק על המשנה לקיים את דבריו בראיה ברורה וסימן השנוי הא מני רבי פלוני היא ·

והגדה הוא כל פי' שיבא בגמרא על שום ענין שלא יהיה מצוה זו היא הגדה ואין לך ללמוד ממנה אלא מה שיעלה על הדעת · ויש לך לדעת שכל מה שקיימו חז״ל הלכה בענין מצוה שהיא מפי משה רבינו ע״ה שקבל מפי הגבורה אין לך להוסיף עליו ולא לגרוע ממנו · אבל מה שפירשו בפסוקים כל אחד כפי מה שנזדמן לו ומה שראה בדעתו ולפי מה שיעלה על הדעת מן הפירושים האלו לומדים אותם והשאר אין סומכין עליהם ·

הוראה היא השמועות שנתחדשו לחכמים בקהילות ומדרשות בענין מצוה והיא נקראת הוראה ·

tendentes inter ſe æqualiter dividunt. Sunt qui dicant, ei qui à ſocio ſuo exigit incumbere probationem: quum verò licitum & interdictum in dubium hujuſmodi venit, de ipſo ſtatui interdictum eſſe.

Variatio eſt, quum aliis contradicentibus ſapienti cuidam; hic variat ut ſe ipſum ex iſta contradictione expediat, ſuaque verba ſtabiliat. Neceſſe autem eſt, ut qui Miſnæ contradicit, argumento perſpicuo verba ſua ſtabiliat. Porrò variationis ſignum eſt, *Ecce cujus eſt? an Doctoris iſtius N. eſt?*

Popularis enarratio eſt quævis expoſitio, quæ in Gemara de quadam re præceptum non continente occurrit. Hæc dicitur popularis enarratio. Nec inde addiſcere teneris, niſi quod in mentem venit. Cæterum ſcias oportet, quodcunque ſtatuerunt Sapientes l. m. pro conſtitutione in re ad præceptum ſpectante, quam ex ore beati Moſis Doctoris noſtri acceptam, ipſe ex Omnipotentis ore acceperat; hujuſmodi eſſe, ut tibi nec ſuperaddere, neque ex illo minuere liceat. Sed quæcunque in paragraphis exponendis dixerunt ſinguli prout ipſis occurreret, opinioneq; ſua decernerent, & prout in mentem veniret in iſtis expoſitionibus; ea ſibi imprimunt, ſed reliqui ipſis non innituntur.

Demonſtratio complectitur hujuſmodi à majoribus accepta, quæ à Sapientibus innovata in cœtibus & Academiis fuere: idque in rebus ad præceptum pertinentibus. Hæc vocatur demonſtratio.

Series

ושיטה היא קהלת חכמים שאין הלכה כמותם כשיאמרו ר' פלוני ורבי פלוני כולהו סבירא להו · וכן כל כה״ג שיטה ואין הלכה כחד מהם · ויש לך לדעת שהגמרא נחתם בימי רבינא ורב אשי והם למדונו הסודות האלה וכיוצ' בהם ·

מחלוקת התנאים יחיד ורבים הלכה כרבים · מחלוקת דמתני' ואח״כ סתם הלכה כסתם סתם ואח״כ מחלוקת אין הלכה כסתם · וה״מ בחדא מסכת' אבל בתרתי לא אמרי':

מחלוקת דברית' וסתם משנ' הלכה כסתם משנ' · מחלוק' במתני' וסתם בברית' אין הלכ' כסת' דברית' והיינו דאמרי' אם ר' לא שנאה ר' חייא מנין לו·

סתם מתניתין ר' מאיר · סתם תוספתא רבי נחמיה · סתם ספרא ר' יהודה ·' סתם ספרי ר' שמעון וכלהו אליבא דרבי עקיבא שתלמידיו היו· ר״מ ור' יהודה הלכה כר' יהודה · ר״מ ור' יוסי הלכה כרבי יוסי · ר״מ ור״ש הלכה כר״ש · ר״מ ור' אליעזר בן יעקב הלכה

Series rejectanea eſt cœtus Sapientum, è quorum mente non cenſetur conſtitutio: ut quum dicunt, *Doctori huic & Doctori illi &c. omnibus iſtis videtur.* Ita ſimilia omnia pertinent ad ſeriem rejectaneam: nec ſecundum iſtorum Doctorum ullum ſtatuitur. Scias autem oportet, Gemaram obſignatam fuiſſe tempore Rab-Inæ & Magiſtri Aſis; atque hos arcana iſta ſimiliaque nos docuiſſe.

Pluribus Miſnicis ab uno diſſentientibus, ſtatuitur ſecundum plures. Poſt motam in Miſna controverſiam, ſi ſequatur ſententia abſoluta, ſecundum eam ſtatuitur. Si poſt abſolutam ſententiam moveatur controverſia, ſecundum abſolutam non ſtatuitur. Hæc verba de uno eodemque tractatu intelligenda; ſed de duobus ita non loquimur.

Vbi in Exoticis controverſia eſt, & Miſna abſolutè ponitur; conſtitutio ſequitur abſolutam Miſnam. At ſi in Miſna controverſia moveatur, & in Exoticis ſententia abſolutè proponatur; conſtitutio non ſequitur abſolutam illam in Exoticis ſententiam. Hoc eſt illud quod vulgò dicunt, Si D. Judas iſtud non docuit, unde id habet D. Hija?

Vbi abſolutè occurrit Miſna, ita cenſet D. Meïr; abſolutè additio, Doctor Nehemias; abſolutè *Liber*, D. Judas; abſolutè *Libri*, Doct. Simeon. atque hi omnes Doctorem Akibam ſequuntur, quia ejus diſcipuli fuerunt. Vbi D. Meïr & D. Judas ſententiam proferunt, conſtitutio ſequitur D. Judam; ubi D. Meïr & D. Joſe, conſtitutio eſt ſecundum D. Joſen; D. Meïr & D. Simeon, conſtitutio ſecundum D. Simeonem; D. Meïr & D. Eliezer filius Jacobi, conſtitutio ſecun-

כרבי Ff 2

dum D. Eliezerem f. Jacobi. Miſna D. Eliezeris f. Jacobi pauca; ſed à dubio immunis eſt. Cum occurrit, *Sunt qui dicunt*, deſignatur D. Nathan; *Alii*, Doctor Meïr. Vbicunque D. Simeon f. Gamalielis aliquid docet in Miſnis noſtris, ſtatuitur ſecundum illum: præterquam in ſponſore, & venatore, denique probatione ſequenti. In omni loco conſtitutio ſecundum illum præ ſocio ſuo obtinet. Vbi Ribbi & Doctor Simeon filius Eleazari ſententiam dicunt, ſtatuitur ſecundum Ribbi (id eſt, D. Judam principem:) Ribbi & D. Joſe f. Judæ, conſtitutio eſt ſecundum Ribbi; Ribbi & D. Iſmaël f. Joſis, conſtitutio ſecundum Ribbi. Quum v. loquitur nomine patris ſui, ſtatuitur ſecundum patrem. Cum Ribbi & Doctor Simeon f. Gamalielis, ſtatuitur ſecundum D. Simeonem f. Gamalielis. Vbicunque D. Simeon filius Eleazari controverſiam docet, ſecundum ipſum ſtatuitur. Cum Ribbi & D. Judas diſſentiunt, ſtatuitur ſecundum Ribbi; Ribbi & D. Meïr, conſtitutio ſecundum Ribbi; D. Eliezer & D. Joſua, conſtitutio ſecundum D. Joſuam; Doctor Eliezer & D. Gamaliel, conſtitutio ſecundum D. Gamalielem: nec conſtitutio eſt ex ſententia diſcipulorum D. Eliezeris, exceptis octo conſtitutionibus. Diſſidente familia Schammæi à familia Hillelis, conſtitutio ſequitur familiam Hillelis: ſex rebus exceptis, de quibus ajunt Sapientes, nec ſecundum hujus, nec ſecundum illius verba; aliiſque tribus, ubi conſtitutio familiam Schammæi ſequitur. Vbicunque dicitur, *Qua de re hæc verba dicuntur? Vnde? Quondam, Revera*; eſt conſtitutio Moſis è monte Sinai. Præterea nec è Miſna, nec è Gemara res addiſcitur, quum ipſa conſti-

